



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

MAHLKNECHT FRANZ, *Isagoge scientiarum seu universalia in genere
& in specie quae in Tridentino Societatis Iesu gymnasio praeside
Sigismondo Lannser eiusdem Societatis logicae professore publice
disputanda proposuit nobilis dominus Franciscus Malknecht
Brunoniensis Bavarus logicae studiosus. Mense anno MDCLII, Trento,
Carlo Zanetti, 1652.*

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, TT I k 26

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/175>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

T. T. 1. L. 10

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

TT

k

20

TRENTO

BIBLIOTECA



VALE



K 259098

D 259080

5tcg

TT I k 26

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

TT

k

20

TT

Curlettarum

0




VALE

1723

K 259098

D 259080



ISAGOGE SCIENTIARVM

Set

UNIVERSALIA
IN GENERE

& in specie

Quæ

In Tridentino Societatis IESV
Gymnasio

PRÆSIDE

SIGISMUNDO LANSER

Eiusdem Societatis Logicæ Professore

Publicè disputanda proposuit

Nobilis Dominus

FRANCISCUS MALKNECHT

BRUNOVIENSIS

Bavarus Logicæ studiosus.

Mense *Aug. die 20* Anno MDCLII.

13.

TRIDENTI,

Typis Caroli Zanetti Impressoris Episc.

De Consensu Superiorum.

Ad d. Elisab.

prop. Valpar.

1725

UNIVERSITÀ
LIBRERIA

IN TIBERINA



LIBRERIA

LIBRERIA

LIBRERIA



Illustriss. & Excellentiss. D. D.

MAXIMILIANO
COMITI CVRZ,

Baroni in Senstenu, & Droffen-
dorf, Domino in Liechten &
Haltenberg, Serenissimi Bava-
riae Electoris Supremo Praesecto
Provinciarum Bavaricarum,
Magno Camerario, Arcani, &
administrationis tutelarum Con-
silij Praesidi, Dynastae in Frid-
berg, &c.

Domino Suo Gratiouissimo.

Inter caeteros nobilissi-
mos Scientiarum fru-
ctus semper mihi potis-
simus esse visus est, Il-
lustrissime, & Excellentissime

A 2 Do-

Domine Comes, &c. quòd earum suffragio, & ductu aditum nobis aperiri videam ad oscula manuum, à quarum reuerentia alioquin Summorum virorum Maiestas, & germana nos modestia quàm longissimè submouisset. Id quàm verum sit, experimentum capio vel in me ipse hodie, scilicet cui vni cætera maximè in idoneo, ingresso tamen *Scientiarum Isagogen* ad Illustrissimam Excellentiam suam sacri aditus, velut in iisdem cum Musarum choro penetralibus habitantem referantur; referantur dico? imò audenter inuitant, prima vt rationum mearum, quamuis tenuissima studia cum horno cuiuscumq; eruditionis ac profectus mei flore, coram, qua par est animi demissione
de-

dedicem . Coram , inquam ;
non ideo duntaxat , quod tran-
seuntis inclytam rerum felicif-
simè gestarum gloria dexteram
humili osculo delibare conces-
sum mihi fuit fauentibus Super-
ris ; sed vel maximè propterea ,
quòd in hac , quam nunc studio-
rum causa incolo , Tridentino-
rum Vrbe Illustrissimæ Excel-
lentię Suę Famā tam viuam Ve-
getā nque conspicio , vt Maior
ac Clarior communis in sinu
Patriæ vix esse possit . Habet
enim hoc singulare Heroum
Virtus , vt per patriam sparsa ad
exteras etiam partes , velut ad
faxum allisa Vox resultat . Cu-
ius admiratione attoniti cūm
hīc omnes se componant ad Re-
uerentiam , rati nihil non hono-
ris in Illustrissimam Excel-
tiam

tiam suam conferri ex merito,
maximè postquam repetito ali-
quoties transitu eius splendor
omnium se oculis clarissimè
obiecit; Qui fieri potuit, vt non
ego quoque Illustrissimam Ex-
cellentiam suam Venerarer, sal-
tem (cùm abter non possem)
conatum meorum primis ma-
nipulis cum Maio porrectis &
Præsertim cùm ad hoc me im-
pelleret imperium Parentis mei,
proh! quot, quantisq; Illustris-
simæ Excellentia suæ titulis no-
minibusque obstricti! cùm gra-
fante bellorum morborumque
fauitæ Illustrissima Excellentia
Sua Maximiliani Felicis Mem.
Bavariæ Electoris Aulâ seque-
retur, primùm Brunouij subin-
de verò Aquisburgi, eos in ip-
sum fauores cõtulit inter quã
plu-

plurima pronissima Voluntatis
argumenta, vt disertè etiam ne-
garet, illorum memoriam lapsu
temporum vnquam intermori-
turam. Quæ causa est, vt cum
is Illustrissimæ Excellentie Suae
pridem se deuotissimum intelli-
gat, Suos etiam Suorumq; Om-
nia Eiusdem obsequijs dedicata
velit, consecratæque. Digne-
tur igitur Illustrissima Excellen-
tia Sua suo Sinu libellum me-
rum thesuum mole quidem exi-
lem, ac pumilum, sed grandem
offerentis animo, maximum
Patroni dignatione ita accipere
oblatum; vt spem concipere
certissimam possim, hoc primu-
lum adolescentiæ meæ, moni-
mentum viam adultioribus ali-
quando laboribus aperturam,
quos Illustrissimæ Excellentie

A 4 Suae

Due meritis longè maximis re-
ponam. Quod vt fiat, DEVM
Omnium bonorum Fontem sup-
plex oro, Illustrissimam Excel-
lentiam Suam vt quàm diutissi-
mè incolumen Patriæ, mihi, Pu-
blico conseruet.

Tridenti Menfe Iunio Die

Illustrifs. & Excellentifs.

Dominationis Sux

Obstrictissimus

Franciscus MalKnecht

Bavarus.

Ag



Argumentum.

Philosophi disputantes de Vniuersali in Communi, & in specie, posita obiter definitione explicantes imprimis, vel certe supponunt eiusdem fundamentis quae sunt Distinguo, & Veritas inter gradus metaphysicos. Deinde, cum more aliorum concretorum Vniuersale importet duo; materiam scilicet, & formale significatum, utrumque pariter examinant; & sic demum descendunt ad Vniuersale in specie. Quem ordinem, licet absque continua titulorum distinctione, sequemur & nos; non quidem omnia posituri (iuxta pagellarum angustias,) quae circa hanc materiam docemus in scholis; sed excerpturi hinc inde propositiones maioris ponderis, ac difficultatis: quarum etiam solidiora fundamenta quam brevissimè subijciemus.



PARS PRIOR

De Vniuersali in genere.

PROPOSITIO I.

*Vniuersale in Essendo est Vnum
aptum inesse multis.*

2 **D**efinitio hæc ab Aristotele causa re-
cipitur ab omnibus: ex qua mani-
festum est requiri ad Vniuersale *Vni-
tatem & Pluralitatem*. Nec verò sufficit
quæuis vntas, vel pluralitas; sed omni-
no necesse est, vt natura vniuersalis sub
ipsissima illa ratione multiplicetur, sub
qua est vnum quid. Hinc meritò ex-
cluditur collectio aquæ in vase, quæ li-
cet diuidatur in partes, non tamen fit
multiplex in ijs in ratione suæ totalita-
tis, sub qua vna est: neque enim quæli-
bet pars est tota illa aqua in vase. Ex-
cluditur item anima rationalis quæ in se
vna & indiuisibilis informat plures par-
tes.


tes
ca:
qu:
Di:
fit
tura
cent
2
fenc
ead
vnu
den
rum
fici:
lare
vna
infe

Seu Vniuersalia.

tes subiecti. Quia in hoc casu multiplicantur tantum subiecta, & non anima quæ vna est. Sicut defacto nec natura Diuina est vniuersalis licet identificata sit cum tribus Personis sed quod hæ naturam in se vnam, non faciunt multiplicem in ratione naturæ.

- 2 At cur non sufficit ad vniuersale in essendo Pluralitas alia, quam quæ sit sub eadem ratione, sub qua vniuersale est vnum quid? Respondeo, referendum id denique in voluntatem. Philosophorum, qui nomine Vniuersalis Metaphysici, seu in essendo, noluerunt compellere naturam aliam, nisi quæ esset in se vna, & sub eadem ratione multiplex in inferioribus.





PROPOSITIO II.

*Distinctio duplex est Realis alia
alia Rationis.*

- 3 **R**ealis distinctio est inter illa: quorum à parte rei unum non est alterum. Si loqui libeat de creatis, quæ defacto dantur; huius distinctiois signum infallibile est duorum *realis separabilitas*: quando vel utrumque potest existere sine altero, ut Petrus potest existere sine Paulo; & vicissim: Vel saltem alterutrum; ut sedens potest existere sine sessione: etsi non possit esse sessio sine sedente. Dixi primo, *in creatis*; Quia in Divinis aliter ratiocinandum est. utique enim Relationes distinguuntur inter se realiter, neque tamen sunt realiter à se separabiles. Dixi secundò *in creatis* quæ dantur *defacto*. Quia si alius creaturarum ordo excogitetur, in quo ponantur duo realiter distincta, essentialiter tamen à mutuâ existentia & dependentia, separabilitas non poterit esse

esse signum distinctionis inter illa . inuenietur tamen tam in his , quàm Diuini semper quædam *realis oppositio* : quæ proinde in defectum separabilitatis subibit officium signi realis distinctionis .

- 4 Distinctio rationis propriè dicta fitum ; quando vna & indiuisibilis physicè entitas attingitur diuersis conceptibus sic ; vt alio , & alio modo repræsentetur . Sic in homine distinguitur *animal à rationali* . Quia , licet vtrumque à parte rei sit *homo* ; alio tamen conceptu nobis repræsentatur homo prout animal , quàm prout est rationale . Quod non fit cum iudicio tanquam affirmes animal non esse rationale , vel rationale non esse animal ; sed purè per abstractionem vnius ab altero . Vnde consequens est tò esse ratione distinctum non esse denominationem intrinsecam rei per rationem distinguibilis ; sed merè extrinsecam , proueniente ab intellectu abstrahente : licet à parte rei saltem requiratur fundamentum , quo innixus intellectus eandem rem variè concipiendo abstrahat formalitatem vnàm ab altera .

- 5 Assignatur communiter pro simili

Sancti



II.

lis alia

illa : quoniam est alteris , quæ de omnis signū separabili potest existere sicut est taliter existere esset solio eatis ; Quia in est . utinguuntur sunt reatundò in Quia si a ritetur , in tineta , el-existentia on poterit esse

6 *Isagoge Scientiarum*

fundamento Pluralitas seu *diuersitas*
Connotatorum re à distinguibilis, pro quo-
rum varietate, & diuersitate res variè
& diuersè concipitur: vt cum homo
connotet sensationes & intellectiones,
quas ambas potest producere; intelle-
ctus relatum præcisè ad sensationes no-
minat animal, & distinguit à se ipso,
prout refert illum ad intellectiones, &
nominat rationale. Hoc fundamen-
tum utique bonum est; sed non vni-
uersale. Quot enim formalitates in
indiuisibili re, ratione distinguuntur,
licet careant diuersis connotatis? V. g.
Visio albi A in communi distinguitur à
quindecim visionibus albi A in parti-
culari. Quid autem diuersum conno-
tat illa, quod non connotent etiam
istæ? Itaque dicto fundamento rectè
coniungitur *Pluralitas terminorum di-*
stinctionis: quæ tum apparet, quando
intellectus noster sic fertur in indiuisibi-
le obiectum; vt vna cognitione id nunc
distinguere possit ab hoc: alia cog-
nitione rursum ab alio, à quo vi prioris
cognitionis distinguere non poterat.
Pono exemplum: apparet eminus res
colorata. Primo intuitu aliud non co-
gne-

Seu Vniuersalia.

7

gnosco, nisi præcise gradum coloris, quem propterea distinguere possum ab omnimente, quòd non est color. accedens deinde propius si cognoscam colorem esse cæruleum, v.g. iam non tantum distinguo meum obiectum ab omni quòd non est color, sed etiam à coloribus alijs, qui non sunt color cæruleus. Hinc ergo propter diuersos hos

distinctionis terminos sufficiens

habeo fundamentum distin-

guendi per rationem

gradum coloris in

communi, à

gradu

specifico cæru-

leitatatis.



PRO:



PROPOSITIO III.

*Distinctio ex natura rei formalis,
quæ sit diuersa à distinctione
nostra reali & strictè
dicta, non datur.*

¶ Scitisque cum reliquis Philosophis circa doctrinam de distinctione conveniunt in hoc: quod distinctionem in communi dividant in *dependentem ab intellectu* & in *non dependentem*. Primam nobiscum appellant *rationis*; alteram: *ex natura rei*. Quam rursus subdividunt in distinctionem *ex natura rei realem* & *ex natura rei formalem*. Prius membrum huius subdivisionis explicant, sicut nos exposuimus distinctionem realem, adeoque in hoc à nobis non differunt, nisi Voce. Circa alterum verò membrum plurimum differunt in re, dum, breuiter loquendo, docent, dari à parte rei distinctionem mediam inter distin-

ctio.

tionem realem, & rationis: eamque
 reperiri inter illas entitates, de quibus
 verum sit dicere à parte rei: *hæc non est
 illa*, nec tamen inter se sint separa-
 biles. Hanc tertiam distinctionem im-
 pugnant Philosophi fere omnes, & nos
 etiam improbamus cum ipsis. Non vtor
 autem vulgari illo multorum argu-
 mento: distinctio formalis est independens
 ab intellectu ergo est realis. Con-
 cedunt enim Scotistæ facile totum, si
reale aliud nobis non dicat, quam id,
 quod est independens ab intellectu; &
 non id, quod opponitur entitati ab al-
 tero separabili. Sic argumentor, cum
 Quædo: duæ entitates de quibus in re
 verum est dicere: *hæc non est illa*,
 sunt verè realiter, & strictè distinctæ.
 Ergò distinctio illa formalis est fictitia
 & superuacanea. Respondebunt Sco-
 tistæ ad antecedens cum distinctione;
 & si dictæ entitates sint separabiles, con-
 cedent: si minus negabunt. At con-
 tra est: separabilitas distinctionem rea-
 lem strictè inter duo non facit, sed sup-
 ponit. Vnde non est bona argumen-
 tatio a priori: Petrus à Paulo separabi-
 lis est, ergò distinctus: sed vicissim bo-

10 *Isagoge Scientiarum*

na est hæc à priori : Petrus à Paulo distinctus est. Ergò & separabilis. Ratio est ; quia separabilitatis radix alia non est quàm *alicitas*, & non *id entitas realis* entium, quæ est formalissimè realis distinctio strictè sumpta. Confirmatur : si darentur materia & forma se ipsis unitæ, sic, ut neutra posset existere sine altera, essent inseparabiles a se, & tamen realiter distinctæ. Ergò distinctio non oritur ex separabilitate ; sed hæc eam supponit. Ergò superuacanea, & fictitia est illa distinctio, quæ formaliter à Scotistis constitui dicitur à separabilitate.





PROPOSITIO IV.

Gradus Metaphysici in eodem supposito nec realiter strictè, nec ex natura rei formaliter distinguuntur.

PRior propositionis pars est indubitata; quia in gradibus Metaphysicis realis distinctionis vestigium nullum apparet; cum nec sint à se separabiles, nec realiter sibi oppositi. Pars posterior probari potest ex dictis; quia distinctio formalis ex natura rei est fictitia. Estto autem, concederemus eam alicubi dari, tamen adhuc neganda esset locum habere inter gradus metaphysicos. Probat: vel enim gradus superiores distinguerentur inter se, substantia v. g. ab animali, aut rationali; vel à singularitate vt Petreitate; nihil horum potest dici. Non prius: quia si substantia distinguitur ab animali, tum

pari

13 *Isagoge Scientiarum*

pari ratione à substantia distinguetur gradus entis. Hoc dici non potest: quia substantia, ut contra distincta ab ente, semper in suo conceptu erit ens, quia non nihil: maior probatur ex paritate rationis. Ideo secundum Scotistas distinguitur substantia ab animali, quia animal & substantia definiuntur diversis definitionibus: atqui etiam substantia & ens definiuntur diversè. Ergò, &c.

- 9 Probo nunc gradus superiores non posse à parte rei formaliter distingui ab hæc cœitate. Ponamus humanitatem Petri, & humanitatem Pauli à sua hæc cœitate distinctas. Quæro: ut sic, vel erunt duæ istæ humanitates inter se distinctæ, vel non erunt? Non poterunt esse indistinctæ; quia alias neq; discernentur resumpta etiam individuatione: quid quid enim ab altero distinguitur, per suamet entitatem distinguitur, & non per aliquid superueniens. Ergò erunt distinctæ. At certè non aliter nisi solo numero & individuatione. Ergò naturæ erunt individue, & non erunt. erunt: quia individuatione differunt. Et non erunt: quia ab ea ponuntur distinctæ.

Entra. S
dici ab
haber, i
tudo ab
10 Consi
terali arg
nulla vni
interde
fuerit imp
in hac ma
abstinet
fichum p
fichum p
Qua imp
etia, non
fionem
fipa dicit
fentio, he
qua omne
re homine
negat de
quam per
erunt à d
producti
potentia
Imò videt
tum probat
Quia si var

distinctæ. Sicut enim mutus non potest dici albus ab albedine, quam in se non habet, ita nec natura poterit dici indiuidua ab indiuiduatione, qua caret.

- 10 Confirmatur denique propositio generali argumento ex eo capite, quod nulla vnquam distinctio ab intellectu independens ponenda sit, nisi quam suadeat singularis necessitas, quam in hac materia nullam agnosco. Quam aduersarij colligunt ex diuersorum effectuum productione, quæ diuersis adscribitur gradibus; ea vim non facit. Quia imprimis hæc necessitas, si quæ esset, non probat vniuersaliter distinctionem graduum, cum multi sint (vt supra dictum) qui effectiui non sint. v. g. sensatio, hæc sensatio, & similia: quos tamen gradus illi æquè ex natura rei formaliter distinguunt. Deinde, non repugnat idem realiter formaliter principium pertinere ad diuersos effectus, etiam à diuersis speciebus ausis subinde producibiles. Patet in Deo, qui eadem potentia producit calorem & frigus. Imò videtur aduersarij orum argumentum probare, plus, quam ipsi cōcedunt. Quia si variorum effectuum productio necel-


74 *Isagoge Scientiarum*

necessitatem imponit d' tinguendi realiter ex natura rei principia ; debent illi gradum animalis variè subdistingueri ; cum animal sensationum variarum sit principium .

- 71 Subtilis Doctor hoc maximè fundamento nititur . Ea duo, quorum vnum est simile alicui tertio ; alterum eidem tertio dissimile , non possunt esse realiter idem . Atqui animal, quod est in Petro , est simile animali , quod est in equo , & rationale in eodem Petro est dissimile animali in equo . Ergò animal & rationale in Petro non possunt realiter esse idem . Respondetur cum distinctione maioris : ea quorum vnum alicui tertio est simile & alterum eidem dissimile similitudine & dissimilitudine *perfecta* , non sunt realiter idem, concedo, si sint similia , vel dissimilia tantùm *imperfecta*, Nego maiorem . Et sic distincta minore , negatur consequentia . Consistit autem hæc imperfecta similitudo in hoc, quod aliqua operationes, quas exercet Petrus, sint similes operationibus, quas exercet equus, ut sunt sensationes : ad quas proinde relatus Petrus, & equus, dicuntur inter se *similes*;

miles. Sed imperfectè, vt dixi. Quia
multæ sunt operationes, quas animalita-
tas Petri exercet, quas non potest exer-
cere equus, ad quas proinde Petrus re-
latus dicitur equo dissimilis: sed iterum
non nisi imperfectè; cùm in alijs ope-
rationibus conueniant. Iam verò si-
militudo & dissimilitudo vt sic specta-
ta non repugnat in eodem subiecto,
etiam respectu eiusdem; quantumuis
inter se repugnent similitudo, & dissi-
militudo perfecta. Ratio à priori est,
quia non repugnat duo ex genere suo
sibi opponi, in gradibus tamen remissis
se compati. Pro exemplo sit claritas
& obscuritas, quæ vtique ex suo gene-
re sibi aduersantur: & tamen quis ne-
get, aliquos gradus claritatis, & obscu-
ritatis posse consistere simul in eodem
aere?





PROPOSITIO V.

*Non datur a parte rei propriè dicta
Vnitas formalis inter gradus
Metaphysicos diuerso-
rum suppositorum .*

12 **S**uppono ex Metaphysica Vnitatem in genere esse negationem diuisionis in se, & diuisionem ab omni alio. Diuiditur communiter Vnitas in Vniuersalem & numericam, præter quas aliqui tertiam adferunt, quam nominant Vnitatem formalem; qua omnia indiuidua, quæ vel in specie, vel in genere conueniunt, dicuntur vnum quiddam quatumuis diuisa sit in se. Si disputare de hac vnitate libeat, sciendū constare inter omnes, omnia alicuius speciei indiuidua cōuenire in prædicatis essentialibus. Lis tantū versatur in hoc: an illa conuenientia dicenda sit vnitas propriè dicta; an verò similitudo tantū,

trā, aut vnitas fundamētalis. Vnde patet
hic verè tantū dilceptari de nomine.

¶ Placet iuxta positam propositionem
dictam prædicatorum essentialium,
conuenientiam non dicere vnitatem
propriè dictam sed tantū fundamen-
talem, aut similitudinem. Probatur
primò. Eatenus Petrus cum Paulo v. g.
potest dici vnus, quatenus de Paulo po-
test prædicari: sed Petrus de Paulo præ-
dicatur valde impropriè, vt per se pa-
tet. Ergò valde impropriè cum illo est
vnus. Maior videtur clara; quidquid
enim cum aliquo est vnum & idem,
potest de illo prædicari. Probatur pro-
positio secundò: animal, quod est in
homine; & animal, quod est in leone,
non sunt vnum propriè. Ergò conue-
nientia ista prædicatorum essentialium
non est vnitas propriè dicta. Probo
antecedens: illa non sunt vnum essen-
tialiter, quæ sunt identificata duobus
distinctis essentialiter, sed animal quod
est in homine est identificatum ratio-
nali, & animal, quod est in Leone, est
identificatum cum rugibili, quæ duo
sunt differentiæ essentialiter diuersæ.
Ergò, &c.

B Hæc

18 *Ysagoge Scientiarum*

14 Hæc argumenta, ut bona sint, tamen facile eludunt aduersarij, dicendo: non probari per ea aliud, quam Petrum & Paulum: animal leonis & animal hominis non esse vnum *numerice*, non verò probari non esse vnum *formaliter*. Videor mihi aliter forsitan efficacius argumentari posse: si hæc convenientia prædicatorum essentialium est *visitas* propriè dicta, sequitur nullam dari similitudinem formalem rerum à parte rei, quod admitti non debet, cum manifestum sit res complures à parte rei esse formalissimè similes. Probo sequentem: si daretur similitudo formalis, maxime daretur in duobus parietibus albis propter coexistentiam albedinum in iisdem parietibus: sed hæc nulla esset similitudo, sed tantum vnitas formalis: quia hæc aliud nihil est quam convenientia in prædicatis essentialibus. Ergo cum duæ istæ albedines in prædicatis essentialibus conueniant, erunt vnū quid & sic parietes etiam nõ denominabuntur similes sed vnum quid. Sic discurre in casibus ceteris: & videbis omnem similitudinem in principijs aduersariorum in vnitatem formalem verti posse.

Op-


15 *Oppones: in tantum est aliquid vnum cum altero, in quantum est indiuisum. Sed Petrus, & Paulus sunt in essentia indiuisi. Ergo in eadem essentia sunt vnum. Maiorem admitto. Minor em probant illi: si Petrus & Paulus in essentia non essent indiuisi; essent in eâ diuisi; & consequenter haberent, oppositas differentias essentielles: Quod est falsum. Respondeo negando tequelam vltimam. Neque enim requiritur ad diuisionem essentia, vt eat in oppositas differentias: sufficit, vt diuidatur in indiuidua, vt dici possit quam propijssimè diuisa & multiplex. Vnde conuenientia prædicatorum, quæ post diuisionem reperitur, nihil aliud est, quàm similitudo. Quod Doctus quidam Recentior declarat hoc exemplo: si esset, inquit, vna ciuitas habens domos omnes simillimas; tota quidem ciuitas in ratione ciuitatis diceretur vna propriè: atqui domus omnes valde impropiè dicerentur vna domus sed plures similes. Pariter ergo, licet tota collectio hominum sit vna, in ratione collectionis; post diuisionem tamen singuli homines non dici possunt, aut debent*

20 *Isagoge Scientiarum*

vnus homo s; led plures similes.

- 16 Dixi in propositione non dari dictam Vnitatem à parte rei. Per operationem mentis fieri posse facile concesserim. Cùm enim omnia singularia sint similia, intellectus noster facile hinc ansam capiet plura per modum vnus cognoscendi.





PROPOSITIO VI.

*Non datur Vniuersale formaliter
sumptum à Parte rei .*

Qui afferant, inueniuntur plures.
Potissimi sunt Plato, nonnulli ex
schola Scoti, & denique noster Pater
Petrus Fonseca. Sed hi non nituntur
ijsdem fundamentis.

Plato docebat, dari naturam vni-
cam hominis v. g. quæ à parte rei exi-
stens tam diu maneret vniuersalis, quam
diu non esset contracta cum indiuiduis:
vt sic namque videbatur conuenire illi
definitio vniuersalis. Contractam verò,
aiebat, non multiplicari, sed eandem
numero reperiri in omnibus indiui-
duis.

Quam sententiam Sancti Patres se-
uerè castigant tanquam principijs ve-
ræ Fidei plurimum aduersantem, nam,
vt taceam cætera; sequeretur primò,

22 *Isagoge Scientiarum*

eandem naturam in Petro beato gaudere in cœlo, & in Paulo damnato ardere in inferno. Secundò dictam naturam esse vniuersalem, & non esse. Effet: vt vult Plato. Et non esset: quia quidquid existit singulare est, & hoc numero. Tertiò Paulum heri esse natum, & non esse natum. Effet natus, teste ipsius matre, vt suppono. Et non esset: quia ipsius numero natura iam existerat prius à condito orbe. Vel certè sola indiuiduatio fuisset nata.

- 17 Eadem sequuntur ex sententia nonnullorum Scotistarum afferentium, in omnibus inferioribus esse vnicam naturam solùm *formaliter* distinctam à singularitatibus (in quo differunt, à Platone, qui eam distinguebat realiter.) Namque supra posita absurda non sequuntur ex sententia Platonis ex eo capite, quod naturam distinxerit realiter à singularitatibus; sed quòd finxerit esse eandem numero, quòd hi Scotistæ quoque defendunt. Præterea specialiter quoque impugnatur hæc sententia secunda: sequeretur iuxta illam dari in creatis mysterium Trinitatis. Nam eadem omnino natura esset

feride
ritati
diuit
tatib
18 Se
dere
adha
lem
rati
tiplic
natu
19 P
rz al
aliqu
cipie
huic
non
uerf
real
20 Se
tura
diu
real
vniu
po
exi
tate
esse

set idem realiter cum pluribus singularitatibus realiter distinctis: sicut natura diuina idem est cum tribus Personalitatibus realiter à se differentibus.

18 Sed esto Scotistis, & Platoni concederemus talem naturæ unitatem; nego adhuc eam vt sic vnā fore, vniuersalem. Ratio est, quia Vniuersale in eā ratione qua vniuersale est, debet multiplicari in inferioribus; quod non fit in natura illa Scotistica, & Platonis.

19 P. Fonseca denique attribuebat naturæ aliquam Vniuersalem unitatem pro aliquo priori naturā, quo ab æterno concipiebat eam vt indifferentē ad hoc, vt huic vel illi individuo coniungatur, aut non coniungatur; ita tamen, vt sic vniuersalis sine singularitatibus in nullo reali instanti vnquam extiterit.


20 Sed contra est primò: Illa unitas naturæ pro priori coniunctionis cum individuo vel erat aliquid rationis, vel reale? non primum: quia vt sic formale vniuersalis non daretur à parte rei. Non posterius: quia quod reale est potest existere. Ponamus ergo dictam Unitatem existere: sequeretur inde, eam esse vniuersalem, & singularem. Vni-

84 *Isagoge Scientiarum*

mentalem iuxta mentē authoris ; singularem verò ; quia quidquid existit singulare est . Secundò : Si natura fuit vna ante coniunctionem cum singularitatibus , erat adhuc vna post coniunctionem . Ratio est , quia illæ non possunt facere , vt iam distincta sit à parte rei , quæ à parte rei ante erat vna & distincta . Sicut natura diuina non propterea definit esse vna , quod cum pluribus personalitatibus coniungatur .

- 21 Ex quibus omnibus colliges veritatem nostræ propositionis , quæ insuper positiuè probatur . Vniuersale quæ tale debet esse vnum quid in se , & indiuisum ; ac sub eadem ratione qua vñ est , debet esse multiplex & diuisum in inferioribus : implicat autem eandem rem secundum idem à parte rei esse diuisum , & non diuisum ; vnum & multiplex . Ergo implicat etiam Vniuersale à parte rei formaliter dari .





PROPOSITIO VII.

*In creatis non dantur Præcisiones
obiectiua, per quas fiat
vniuersale.*

- 22 CERTUM est ex dictis, Vniuersale non posse dari nisi per mentis operationem: quoniam verò, & in quod obiectum tendente actu id fiat, controuersum est. Thomistæ volunt facientes Vniuersale tendere in gradum Metaphysicum vnum vel plures pro diuersitate Vniuersalis, cæteris gradibus prorsus incognitis. v. g. si volumus concipere speciem, inquirunt, ferimur ita in genus & differentiam, vt nullo modo attingamus singularia quatumuis cum specie identificata: pari ratione si fiat vniuersale genericum, ita cognosci animal, vt nulla ratione attingatur identificatum animali rationale vel irrationale. Putant namque reperiri pas-

26 *Isagoge Scintiarum*

sim obiecta in se qui sem Physicè indi-
 uisibilia, eâ tamen fecunditate forma-
 litatum, ut per hac æque possint iustine-
 ri prædicata contradictoria *extrinseca*,
 & *intentionalia*: quàm si re vera illæ
 formalitates distinguerentur realiter.
 Hinc nominant dictam fecunditatem
Æquivalentiam distinctionis realis in or-
 dine ad prædicata contradictoria, &c.
 in quâ proinde ponunt formalissimè
 naturam præcisionis obiectiue.

23 RR. pleriq; cum veteribus alijs cen-
 sent repugnare hanc æquivalentiam;
 nec posse cognosci in homine v.g. *ani-
 mal*, quin aliquo modo saltem per eun-
 dem actum attingatur & *rationale*: a-
 deoq; negant in creatis (Diuina Theo-
 logis relinquimus) dari præcisionem
 vllam quæ se teneat ex parte indiuisi-
 bilis obiecti; sed omnem se habere ex
 parte intellectus tantùm. Iuxta quos
 proinde & nos posuimus nostram pro-
 positionem, quam probo breuissimè
 vulgari argumento, sed vnicè bono.

24 Si datum præcisio obiectiua, tunc ve-
 rificantur de eadem indiuisibili enita-
 te v.g. animali rationali duo contradi-
 ctoria; nempe *Cognosci*, & *non cognosci*.

Hoc

Hoc non
 Relpon-
 dum
 extrin-
 cari po-
 intrin-
 contri-
 tum re-
 alio, q-
 parit
 cis, v. g.
 vllam, q-
 Tacco-
 le nega-
 trillec-
 enim
 parit
 intelle-
 mal, &
 nale, qu-
 est ve-
 25 Alind
 tentes
 cura
 ranti
 refer-
 non cog-
 veru

Hoc non debet admitti. Ergò, &c. Respondent Thomistæ non esse absurdum admittere, duo contradictoria extrinseca de indiuisibili obiecto verificari posse; licet non possint verificari intrinseca. Sed contra est. Vtriusque contradictionis par est conditio cur enim repugnant intrinseca? nunquid ideo, quia vnum tollit, quod alterum ponit? Rectè. Atqui etiam in extrinsecis, v. g. *cognosci*, & non *cognosci*, vnum tollit, quod alterum ponit. Ergò, &c. Taceo, concessis extrinsecis non posse negari, verificari semper etiam intrinseca, cum illis relatiuè connexa. Si enim verum est dicere *animal cognosci, rationale non cognosci*, verum etiam erit: intellectum esse cognoscentem animal, & non esse cognoscentem rationale, quod est idem cum rationali: quæ est verissima cont. adictio intrinseca.

25 Aliud effugium querunt alij admitterentes, posse verificari contradictoria circa indiuisibile obiectum, si ea referantur ad diuersam formalitatem; vti referatur tò *cognosci* ad *animalitatem*: tò *non cognosci* ad *rationalitatem*. At si hoc verum est, cur non poterit idè indiuisibi

28 *Isagoge Scientiarum*

le secundum unam formalitatem etiam
 produci, & non produci, secundum
 aliam? Dices forte; quia produci &
 non produci dicuntur *intrinsecè*. Ergo
 saltem poterit indivisibile secundum
 unam formalitatem agere; & non age-
 re iuxta aliam. Quod si respondes age-
 re, & non agere non esse prædicata in-
 tentionalia; repeto superius argumen-
 tum. Eadem ratio pugnat contra ex-
 trinseca cõtradictoria qualiacumq; quæ
 pugnat vel contra intentionalia, vel
 etiam intrinseca. Aut detur disparitas.
 Difficile videtur quod aduersarij oppo-
 nunt hoc modo.

26 Hęc propositio conceditur ab omni-
 bus: *animalitas est principium sensatio-
 num rationalitas non est principium sensa-
 tionum*: sed esse, & non esse princi-
 pium sensationum sunt contradictoria,
 & cadunt in eandem entitatem. Ergo
 defacto in eadem entitate saluatur
 Contradictio. Taceo hoc argumento
 probari verificari etiam contradictoria
 intrinseca: antequam directè respon-
 deam aduerte sequentia.

27 Primò, quid sit sensus *formalis* & quid
obiectivus. Prior est, cum in enuncia-
 tione

tionem
 subiecti
 impro
 non im
 etum
 concip
 tum
 disting
 hoc ten
 lomo q
 ti. Sen
 prædica
 dem; p
 cit id, q
 dicit
 non est
 28 Sec
 formal
 aliquar
 magis
 mes ha
 non est
 lupta
 illa e
 rum
 lectio
 dar si
 aut lo

tionem non tantum recta prædicati & subiecti sunt eadem; sed insuper nihil importat prædicatum in obliquo, quod non importet in obliquo etiam subiectum: vel si obliqua desint, à nullo concipiatur distinguibile prædicatum, à quo vitalis cognitionis, non distingui quoque possit subiectum. In hoc sensu verissima est hæc propositio: *homo est animal*: Ut patebit examinanti. Sensus obiectiuus est, quando recta prædicati, & subiecti sunt quidem eadem; prædicatum verò in obliquo dicit id, quod subiectum in obliquo non dicit. Ut si dicam: *miser cordia DEI non est iustitia*.

- 28 Secundo: *formalitates seu sensum formalem* aliquando cadere in *actum* aliquando in *obiectum*. Inter quæ duo magnum intercedit discrimen. Ponamus hanc propositionem: *animalitas non est rationalitas*. Si cadat formalitas supra *obiectum*, sensus erit: à parte rei illa entitas, quæ est productiua sensationum, non est entitas productiua intellectuum; quod est falsum. Si verò cadat formalitas in *actum*, sensus nascetur longe alius; nempe, conceptus, quo
- refero

30 *Isagoge Scientiarum*

refero entitatem ad sensationes: non est conceptus quo refero eandem entitatem ad intellectiones. Qui sensus est verissimus.

- 29 Supposita hâc doctrina apertum fit quàm parum duo contradictoria conveniant vni entitati; quod obiectio tamen vnicè intendit, Quæro enim ab aduersarijs: vel dicunt veram esse suam propositionem in sensu obiectiuo: vel formali? Si prius; tum, hoc ipso facient propositionem falsam; quia sensus erit à parte rei ens potens producere sensationes non est ens potens producere intellectiones. Si posterius; tum vel cadet formalitas supra *obiectum*: vel supra *actum*. Si supra obiectum, erit sensus: animalitas, vt à parte rei est, non est, rationalitas; quod est falsum. Si supra actum; tum vera quidem erit propositio, sed duo contradictoria non cadent supra eandem indiuisibilem entitatem. Sed supra realissimè distinctos conceptus. Erit enim hic sensus, vt supra dixi: Conceptus, quo refero entitatem ad sensationes, non est conceptus, quo refero eandem entitatem ad intellectiones;

Itaque

30 Itaque in forma respondendo ad supra positum Syllogismum, distinguo maiorem: animalitas est principium sensationum, rationalitas non est principium sensationum, in sensu formali, Concedo ma: in sensu obiectiuo, nego ma: sed esse principium sensationum, & nō esse, sunt contradictoria, Concedo hoc membrum Minoris; *ergo conueniunt eidem entitati* distinguo: in sensu obiectiuo concedo, in sensu formali (& quidem formalitate cadente supra actum) Nego. Ergo defacto in eadem entitate saluatur contradictio nego consequentiam.





PROPOSITIO VIII.

*Præcisio per quam Vniuersale fit,
est formalis, purè se tenens
ex parte actus.*

31 **C**onsequitur hæc propositio ex præcedente. Si enim Vniuersale fit per præcisionem, & obiectiua non datur, fiet necessario per *formalem*, cum tertia non sit assignabilis.

Fit autem præcisio formalis tum, quando intellectus rendit in duas identificatas formalitates, & vtramque quidem attingit, sed cum discrimine, ita vt vnam cognoscat *clarè*, alterum tantum *confusè*. Clarè cognoscit, quando de formalitate cognita potest reddere rationem, explicando illam quid sit, ac rem à se cognitam discernere ab omni ente, in quo illa formalitas non est. E contra de ea formalitate quam intellectus cognoscit *confusè* non potest reddere

Vere rationem, nec rem discernere vi-
 talis cognitionis ab omni eo, in quo for-
 malitas confuse cognita non est. Ponam-
 us vtriusque exemplum. Video emi-
 nus entitatem paulatim motu progres-
 siuo se se adiuuentem (crede esse Pe-
 trum, quod verum esse ego nondum
 cognosco.) Ex hoc motu intelligo
 eam entitatem esse animal, iamque vi
 huius cognitionis possum discernere
 illam ab omni quod animal non est.
 Adeoque rationem animalis cognosco
 clarè. Rationalitatem verò attingo
 quidem etiam, sed tantum confuse;
 quia vi huius cognitionis entitatem co-
 gnitam nondum possum discernere ab
 irrationali. Pro meliori intelligentia
 præcisionis formalis aduerte paucula,
 quæ sequuntur ex hac doctrina.

- 32 Primò; eundem indiuisibilem con-
 ceptum esse clarum, & confusum; sed
 diuerso respectu, vt si iuxta datū exem-
 plum ex motu progressiuo eminus vi-
 so cognosco Petrum esse animal, con-
 ceptus respectu cogniti animalis erit
 clarus; Confusus verò respectu ratio-
 nalis. Si quæras nunc alterius funda-
 mentalem Vtriusque rationem; habe
 præ

34 *Isagoge Scientiarum*

pro fundamento, tam animal, quàm rationale esse respectuum quid, & duo importare significata: directum vnum, alterum indirectum. Prius est vtrique commune, & nihil aliud quàm entitas hominis. Significatum indirectum animalis sunt sensationes, seu actiones competentes animali, ad quas relatus homo dicitur *animal*; rationalis verò, sunt intellectiones, ad quas homo relatus nomen fert *rationalis*. Iam verò, quia nullum respectuum clarè cognoscitur, nisi cognito eius termino, sequitur manifestè nec animal quàm tale, cognosci, nisi cognitis sensationibus; nec rationale quàm tale, nisi cognitis intellectionibus. Quia igitur in exemplo posui me in Petro cognoscere eminus motum progressuum, qui est actio competens animalis, & quam respicit animal inter cetera tanquam suum terminum: non verò cognoui vllam actionem, quam respicit rationale, hinc fit, vt clarè cognouerim Petrum esse animal, non verò clarè cognouerim esse rationale.

33 Iactò hoc fundamento cadit grauis aduersationum retorsio, qua inquirunt

in præcisionibus formalibus non minus
 admittenda contradictoria respectu
 eiusdem quàm in obiectiuis: quod sic
 probant: clarè cognosci & non clarè
 cognosci sunt æque contradictoria,
 quàm simpliciter *cognosci, & non cognosci.*
 atqui formaliter præcipientes animal
 clarè cognoscunt; rationale non clarè
 cognoscunt. Ergò etiam nos admitti-
 mus duo contradictoria verificari; &
 quidem de eodem: quia animal & ra-
 tionale sunt idem. Ergò, &c. Res-
 pondeo, quantumuis clarè cognosci, &
 non clarè cognosci de se sint contra-
 dictoria; tamen hæc, & nunc eorum ue-
 gatio & affirmatio non cadunt super
 eandem entitatem: quia, vt dixi, ideo
 tantùm animal clarè cognoscitur, quia
 cognoscitur eius, quæ talis, terminus;
 nempe sensatio: rationale verò ideo
 tantùm cognoscitur confusè, quia non
 cognoscitur eius terminus, qui est in-
 tellectio: Ad eòque affirmatio clara
 cadit super sensationem; negatio su-
 per intellectionem, Intellectio verò,
 & sensatio vtrique non sunt vnũ, sed duo.

34 Secundo aduerte: licet eadem co-
 gnitio clara sit, & confusa; denomi-
 natio

36 *Isagoge Scientiarum*

no tamen confu & cognitionis non est
conceptui claro adquatè intrinseca.
Duo namque dicit confusio: primò, esse
duas formalitates in vno obiecto
identificatas: deinde, vnarn harum formalitatum
representari clarè; quibus
positis hoc ipso poni ut formalitatis
alterius confusa cognitio. Hoc igitur
posterius est intrinsecum, & essentialiter
cognitioni claræ, cum sit essentialiter
representatio sui obiecti clarè cogniti.
Primum verò est ei tantum per accidens,
quia re vera conceptui claro animalis
est prorsus contingens rationale
esse identificatum animali. Vnde si
per impossibile animal realiter distingueretur
à rationali, eodem prorsus modo tenderet
actus in animal, quo de facto tendit,
dum rationale animal est identificatum.

- 35 Tertio denique licet vna cognitione
vnicum tantum gradum in Petro
v. g. substantiam, cognouerim clarè,
ceteros verò omnes confusè: deinde
verò alijs & alijs cognitionibus
sequentibus plures gradus cognoscam
clarè; tamen ex parte obiecti & significati
directi graduum, plus non attingo.

tingo in secundis conceptibus pluri-
bus quàm in primo vnico. Cùm enim
omnes gradus sint idem inter se re-
presentato vno clarè, materialiter ex-
teros omnes iam attingi. Vnde poste-
riores conceptus clari præcisè repre-
sentant de nouo obliqua & indirecta
significata, ad quæ entitas graduum co-
gnita pro variâ denominatione variè
refertur.

Atque hinc porro patet, qua ratione
præscindam, si faciam Vniuersale. Vt
faciam *Speciem* v.g. hominis, claro con-
ceptu feror in omnia singularia, sic vt
tantùm animal rationale illorum mihi
distinctè representetur per modum
vnus, singularitates verò non attingam
nisi confusè. Item, vt faciam *Genus*
animal v.g. feror sic in omnes homines,
& bruta; vt tantùm ratio animalis, seu
principij sensationum clarè represen-
tetur, abstrahendo à rationali, & irra-
tionali; hoc, & illo singulari, &c.





PROPOSITIO IX.

Vnitas Vniuersalis nec re ipsa, nec per fictionem se ex parte obiecti habet; sed ex parte actus formaliter præscindentis à quo proinde natura vniuersalis extrinsecè denominatur Vna.

36 **V**Nitatem Vniuersalem non habere se re ipsa ex parte obiecti, clarum est. Est enim natura Vniuersalis secundum se nihil aliud quam omnia singularia; quæ cum inter se sint distinctissima, repugnat ut sint *unum*. Alias secundum eandem rationem idem esset vnum, & multiplex. Quare nonnulli, cum hanc propositionis nostræ partem inficiari non possent; aliunde verò nolent vniuersale ex parte obiecti vnitate destituere, aiebant, per intellectum facientem Vniuersale, obiecto vnitate


tem affingi ; quasi concipiendo v. g. Speciem hominis, diceret : *natura humana nō est identificata cum singularibus.* Hęc sententia concludit imprimis directè contra Aristotelem afferentem : *abstrahentium non esse mendacium.* Quod verum non esset, si in abstractione locum haberet fictio. Deinde : quid opus est ista fictione ? Sicut natura extrinsecè potest denominari *cognita* ab actus ita vnitatem tenente se ex parte actus, potest extrinsecè denominari *vna*. Confirmatur : natura fit vniuersalis præcisè per cognitionem confundentem inferiora. Atqui ad hoc nulla requiritur fictio : quia hoc ipso inferiora confunduntur, si sine ipsis naturam solam clarè concipiam neque negans, neque affirmans quidquam de eiusdem cum inferioribus identitate.

- 37 Melior igitur Philosophia docet Vnitatem Vniuersalem intrinsecè prorsus se tenere ex parte actus, & extrinsecè tantum spectare obiectum, seu naturam. Quæ quidem natura non ideo denominatur *vna*, quia terminat cognitionem in se entitatiuè vnã. Quid enim repugnat quò minus vno entitatiuè

40 *Isagoge Scientiarum*

tiue actu cognoscit Petrum & Paulum vt distinctos? Certè nec ipse Deus tribuit extrinsecè rebus vnitatem vniuersalem, licet vno & indiuisibili entitatiue actu omnes distinctissimè cognoscat. Tota igitur ratio cur cognitio vnitatem extrinsecè refundat in naturam, seu obiectum, prouenit ex *modo tendendi*, qui in hoc consistit: quod cognitio v.g. naturæ humanæ feratur realiter & immediatè in omnia indiuidua ita confusè; vt ex vi talis cognitionis non possimus, nec de eorum pluralitate, nec de vllius singularitate quidquam diiudicare. Vnde fit, vt respectu cognitionis illius confusè perinde se habeat obiectum, ac si natura humana esset intrinsecè vna, & omnino contradistincta à singularibus.

PRO.



PROPOSITIO X.

Ante operationem mentis non datur Aptitudo Proxima Vniuersalis : datur tamen Remota.

38 **A**ptitudo accipitur hic pro potentia Metaphysica ; seu pro non repugnantia vt natura fit in multis . Diuiditur in *Proximam*, & *Remotam*. Prior est, quæ est expedita ab omni impedimento, per quod minus possit denominare actu naturam multiplicabilem in plura. Posterior est impedita, nec potest actu denominare naturam multiplicabilem nisi sublato obstaculo alicuius vel excessus, vel defectus.

39 Disputatur igitur an ante mentis operationem Conueniat naturæ vniuersali aptitudo ; vel an ad hanc opus sit abstractione, sicut opus est ad unitatem? Propositionis nostræ sensus patet subdistinctione assignata.

42 *Isagoge Scientiarum*

Probatur prima pars: Vniuersale ante mentis operationem non est proximè aptum multiplicari in inferiora. Ergò nec datur ante conceptum aptitudo proxima. Antecedens probatur: quia, quod est proximè aptum multiplicari, debet esse vnum, cum res vt vna sit quasi subiectum, & præsupponatur ad denominationem apti esse in multis. Atqui ante operationem mèris vniuersale non est vnum, vt patet ex dictis supra. Ergò nec proximè aptum. Probatur nunc formati argumenti consequentia: repugnat dari concretum sine sua forma: v.g. nigrum sine nigredine. Ergò etiam repugnat dari aptum proximè multiplicari sine aptitudine proxima. Vel dic, quænam sit forma, quæ constituat aptum proximè; si non sit proxima aptitudo?

- 40 Confirmatur discursus exemplo. Lignum tripalmare, antequam diuidatur in tres palmos, est aptum proximè diuidi, vt suppono. Postquàm iam diuisum fuerit, non est ampliùs proximè aptum diuidi. Cur? nempe quia amisit vnitatem: quam si illi restituas, rursus erit aptum vt ante. Pari ratione igitur etiam

tiam natura t. m diu non erit multiplicabilis & proximè apta diuidi, quam diu non habebit vnitatem. Quia verò hæc non datur sine abstractione, Consequens est, nec dictam aptitudinem dari sine hac.

- 41 De secunda propositionis parte nemo dubitat nisi cui libeat disputare an re vera detur in singularibus non repugnantia vt multiplicentur in subiectis sibi similibus; quæ est ipsissima aptitudo remota; quia est impedita ob defectum vnitatis vt proximè denominet vniuersale. Non autem refert, quòd à parte rei natura actu multiplicetur; vnde inferrè posses, posito actu tolli illam potentiam seu nõ repugnantiam. Quia sicut potentia Physicæ non tolluntur per suos actus: imò perficiuntur: ita neque potentiam Metaphysicam actus sui lædunt; nisi tales sint, qui subiectum suum omnino destruant: Qualis est combustio respectu ligni, ad quam id dicit non repugnantiam. Porro de aptitudine aduerto pauca.


- 42 Primum est; ex dictis non esse inconueniens admittere aptitudinem proximam inuoluere in obliquo vnitatem

44 *Ifagoge Scientiarum*

tem vniuersalis, hoc ipso quod fit apti-
tudo *Vnius* & non plurium. Secundum:
aptitudinem proximam esse naturæ
partim intrinsecam, partim extrinsecā.
Intrinseca est, in quantum dicit non re-
pugnantiam naturæ in ordine ad mul-
tiplicationem in inferioribus: extrinse-
ca, prout dicit non repugnantiam
vnius. Vt enim vnitatis est naturæ ex-
trinseca; ita necesse est vt inadæquatè
etiam extrinseca sit aptitudo proxima,
in quantum hæc in obliquo importat
vnitatem. Tertium denique: aptitudi-
nem proximam nihil super addere Re-
motæ præter abstractionem seu vnitatem:
qua sola posita Remota fit Proxi-
ma. Vt patet.



PRO.



PROPOSITIO XI.

*Vniuersale non fit per conceptum
comparatiuum, sed abstra-
ctiuum.*

- 43 **C**omparatiuus conceptus est *reflexus* quo cognoscitur natura vt abstracta cum comparatione quadam ad inferiora, de quibus est prædicabilis. Abstractiuus est *directus* tendens immediatè in naturam confusis singularibus. Fit igitur vniuersale per conceptum hunc posteriorem, & non per illum priorem. Nam ad hoc vt vniuersale fiat pluribus opus non est, quàm vt natura fiat extrinsecè vna, & apta prædicari de pluribus. Sed hoc obtinetur per conceptum abstractiuum, vt clarum est. Ergo comparatiuo non est opus. Confirmatur: si dicam *homo est rationalis*; subiectum sine controuersia est vniuersale, neque tamen vel vlla re-
- flexio

46 *Isagoge Scientiarum*

flexio, vel comparatio fit hominis ad sua inferiora. Ergò conceptu comparatio ad fabricam vniuersalis non est opus.

- 44 Opponent aduersarij: in hac prædicatione; Petrus est homo, prædicatum est vniuersale, & coniungitur cum subiecto, per reflexionem. Ergò, &c. Resp. Concesso priori membro Antecedentis, nego alterum. Probant illi: omnis cognitio quæ fertur in rem cognitam est reflexa: at cù dico: *Petrus est homo*, fertur in rem cognitam scilicet in hominem & Petrum: quia antequam aliquid de quopiam iudicemus, necesse est id prius intellectu apprehendere. Ergò dum iudico Petrum esse hominem, prius debui apprehendere Petrum & hominem. Consequenter eliciens *iudicium* elicio formaliter actum reflexum Resp. nego absolutè maiorem; quia non omnis cognitio tendens in rem cognitam est reflexa. Sed illa tantùm, quæ tendit tanquam in suum obiectum in cognitionem constituentem intrinsecè denominationem cogniti. Esto igitur ad omne iudicium requireretur præuia apprehensio à iudicio

dicio realiter distincta; illa tamen apprehensio non haberet se per modum obiecti respectu iudicij, sed purè per modum conditionis intellectui obiectum applicantis.

45. Cætera quæ obijciuntur, plus nobis fauent quàm aduersarijs. Nam dum dicunt Vniuersale non posse cognosci vt vnum, genus, prædicabile, indifferens ad interiora, &c. nisi per conceptum reflexum, hoc ipso iam supponunt id factum aliunde, quod proinde vt tale cognosci debeat per cognitionem comparatiuam. Vnde aliud est Vniuersale *cognoscere*, & vniuersale *facere*. Hoc possumus sine vlla reflexione, non verò illud. Quòd si urgebunt, aliquando omnino opus esse in prædicabilitate comparatione quadam ad interiora, concedam illis libenter. Si modo fateantur eam nõ esse reflexam, sed directam, & ab ipsa prædicatione indistinctam.





PROPOSITIO XII.

*Vniuersale in ratione vniuersalis
in actuali prædicatione
manet.*

46 **S**ensus est, si dicam v. g. *Petrus est ho-
mo*, terminum vniuersalem *homo*
in propositione positum, & per copu-
lam connectum cum termino singulari
æquè concipi sine singularitate quan-
tum est ex sua parte, quam concipitur
extra propositionem. Sed oritur hinc
difficultas non modica.

Nam si v. g. in dato exemplo termi-
nus *homo* manet vniuersalis: tunc vel
supponit copulatiuè, vel disiunctiuè.
Tertius enim modus non videtur ex-
cogitabilis. Non supponit autem co-
pulatiuè; vt sic enim sensus foret. *Pe-
trus est hic homo, & ille homo, & alius ho-
mo*. Quod est absurdum. Neque sup-
ponit disiunctiuè. Quia si spectemus

in primis vniuersale extra propo-
 sitionem, non apparet cur magis supponat
 disiunctiuè quàm copulatiuè. Imò
 ne in ipsa propositione quidem vniuer-
 sale supponit semper disiunctiuè, vt
 etiam aduersarij fateri debent. Nam
 in hac propositione v.g. *homo est animal*
 id *homo* est vniuersale, & tamen suppo-
 nere videtur potius copulatiuè, vt pa-
 ret ex terminis, cum *animal* non tan-
 tum prædicetur de hoc, vel illo homine;
 sed & de hoc, & de illo, & alijs omni-
 bus; sic vt copula quodlibet indiui-
 dum in particulari cum termino vni-
 uersaliter sumpto connectat. Cum
 igitur neuter ex his duobus tendendi
 modis rem feliciter satis explicet, non
 videtur terminus vniuersalis suam vni-
 uersalitatem in prædicatione satis tue-
 ri.

- 47 Sed reperit huic difficultati exitum
 Doctissimus quidam Recentior. Qui
 ad argumentum respondens negat,
 intellectum vel faciendo simpliciter
 vniuersale, vel etiam prædicando id al-
 terutro dictorum modorum (copula-
 tiuo, vel disiunctiuo) tendere in ter-
 minum communem; sed ab utroque

50 *Isagoge Scientiarum*

potius præcinderes ita, ut nec copulatiue (determinatè) nec disiunctiue feratur in obiectum. Et rectè. Cùm enim terminus vniuersalis, vi cognitionis, qua exprimitur, nulla prorsus singularia repræsentet, causa non est, cur dicamus intellectum in illum terminum vel copulatiue, vel disiunctiue tendere, cùm vterque horum modorum ex sua natura essentialiter inferiora respiciat. Quare cùm in terminum vniuersalem ferimur in hac propositione. *Petrus est homo.* quantum est ex modo tendendi hic sensus *Viduo equidem Petrum esse hominem, an verò Petrus sit omnis homo, vel an sit hic, vel ille homo, ut mea cognitionis dicere non possum.* In quo sensu, uti apparet, nulla fit copulatio, nulla disiunctio. Aut si disiunctionem aliquam adhibemus in explicatione huius modi tendendi, non erit illa disiunctio *formalis* expresse repræsentans inferiora: sed tantùm *interpretatiua*

- 48 Posito hoc fundamento facile satisfiet replicis aduersariorum; dum dicunt primò: si Vniuersale manet in actuali prædicatione, tunc sensus huius prædicationis (*Petrus est homo*) erit: *Petrus est.*

est omnis homo: Negatur enim sequela: quia, ut dictum, vi modi tendendi quo intellectus Vtitur faciendo vniuersale, præscindit ab omni pluralitate, vel vnitatem, ignorans vi huius cognitionis v: vsine sit Petrus, an multiplex homo. Qui modus tendendi non repugnat dictæ propositionis veritati, quæ saluatur de se vtrique æqualiter, seu Petrus sit homo multiplex: seu vnus à parte rei.

Vrgent: de Petro prædicatur tota species; quia prædicatur vniuersale. Sed tota species sunt omnes homines. Ergo prædicantur de Petro omnes homines. Respondeo: Concedendo maiorem distinguo: tota species sunt omnes homines; quantum omnes homines representant explicitè, concedo maiorem; quantum repræsentant confusè, nego maiorem. Ergo de Petro prædicantur omnes homines; distinguo consequens: quantum omnes homines repræsentant explicitè cōcedo consequentiam: quantum repræsentant confusè nego consequentiam. Explicitè autem tantum repræsentant prædicata essentialia, seu hominem; nulla adiecta pluralitate, quam tantum

32 *Isagoge Scientiarum*

repraesentant aut confuse; ut saepe dictum.

49 Utenus in arguit: Id quod est *con-*
tractum non est *abstractum*. At dum
hominem de Petro praedico, cum illo
contraho. Ergo ut sic, non manet am-
plius abstractus, consequenter nec uni-
uersalis. Resp. concedo ma; distinguo
mi: dum hominem praedico, cum illo
contraho: ex parte praedicati nego mi-
norem: ex parte subiecti concedo mi-
norem. Ergo non manet amplius ob-
stractus: ex parte praedicati nego con-
sequentiam; ex parte subiecti concedo
consequentiam. Quae responsio mira
videri non debet. Cum enim actus
iudicij sit *virtualiter* triplex tantum fa-
ciens, quantum facerent tres apprehen-
siones realiter inter se distinctae, qua-
rum una conciperem subiectum, altera
praedictum, tertia copulam; ita quidem
ut una subiectum conciperet singulare,
altera praedictum uniuersale; eodem
modo potest actus iudicij realiter indi-
uisibilis, sed *virtualiter* triplex, ut di-
ctum, repraesentare mihi hominem
singularem ex parte subiecti; uniuers-
alem vero ex parte praedicati.

50 At inquires: quando dico: *Petrus est*
homo,

homo, & homo est animal, terminus homo in vtraque propositione diuersè se habet. In prima enim possum descendere disiunctiuè: in altera verò copulatiuè: cuius alia ratio non videtur esse, quàm quia in prima accipitur singulariter, in altera verò vniuersaliter. Resp. in vtraque propositione discrimen in ratione vniuersalitatis nullum esse. Accipitur enim vniuersaliter vtrinq; quia in quantum est præcisè ex parte termini *homo*, intellectus per se illum eodem modo concipit. Quod in priori descendam sub iplo disiunctiuè; in altera copulatiuè, fit præcisè quod intellectus, faciens vniuersale alias vi sui modi tendendi in terminum *homo* indifferens ad descensum copulatiuum, vel disiunctiuum, determinetur à termino altero quocum terminus homo in propositione cōiungitur; pro cuius varietate proinde ad descensum variè se applicat.





PARS ALTERA

De Vniuersalibus in specie.

PROPOSITIO XIII.

Genus est quod de pluribus notabiliter differentibus prædicatur in quid.

31 **P**Orphyrius paulò aliter definiit: nempe: *Genus est quod de pluribus specie differentibus potest prædicari in eo, quod quid est vel Genus est quod habet sub se species.* Sed dum hic Genus explicat per speciem, & speciem infra per Genus, incidet in circulum, nisi melius exponatur. Vti infra videbimus. Prædicari *in quid* generaliter loquendo est idem, quod prædicari *essentialiter* de subiecto. Hic tamen non lumitur pro qualibet prædicatione essentialis sed pro

eâ tantum, quâ prædicatur aliquid per modum *partis materialis*, & per se ita ut in subiecto. Cæterum licet bona sit definitio Generis in propositione allata, non caret tamen difficultatibus.

52. Prima est. Si bona est definitio Generis, tunc fiet per Genus, & differentiam. At si hoc fit, definietur Genus per Genus, & quod consequens est per se ipsum: quod admittere absurdum est. Resp. concedendo Genus definiri per Genus; nego verò definiri propterea per se ipsum: quia definitur per Genus aliud. Alia enim est genericitas per quam Genus, quod definitio, formaliter constituitur; & alia, per quam constitutum iam Genus definitio. Ex quo plures interueniunt abstractiones. Res clara fit in exemplo: concepturus Genus, *animal* v. g. confundo omnes omnium animalium species; sic, ut clarè mihi tantum repræsentetur de ijs *ratio animalis*, quam abstraho à rationali & irrationali; qui proinde actus confundens cum suo obiecto clarè cognoscit formaliter constituet animal in esse Generis. Si quæras iam, quid sit animal prout subiaceret illi actui confundenti

ſenti rationale & irrationale? Tum ego
 reſponſurus tibi, vt ſic acceptum Genus
 conſundo cum alijs vniuerſalibus, Spe-
 cie, Differentia, &c. ac per alia abſtra-
 ctionem præciſè explicite cognoſco ex
 Genere tò eſſe *Prædicabile*, cum cœte-
 ris Vniuerſalibus commune Generi, &
 dico: Genus eſt Prædicabile, &c. Igi-
 tur tò Prædicabile prout ſubiacet alte-
 ri cognitioni abſtrahenti erit Genus ad
 Genus; quia de Genere cæterisque vni-
 uerſalibus poteſt prædicari. Ex quo
 clarum eſt, ſupra allatum abſurdum
 penitus euitari; cùm Genus, animal
 v. g. per Genus quidem definiatur, ſed
 quod neutiquam conſtituitur ea gene-
 reitate, qua ipſum animal conſtitui-
 tur; ſed per aliam proluſ diſtinctam.
 adeò q; nec per ſe ipſum, ſed per aliud
 realiter à ſe diſtinctum diſinitur. Vn-
 de nec repugnat vt reſpectu ſuperio-
 ris Generelutatis habeat, etiam ratio-
 nem ſpeciei.

33 Difficultas ſecunda: Definitioni Ge-
 neris allata non videtur aſſignari poſſe
 definitum. Quid enim definiatur? an
 animal v. g. ſecundùm ſe? atqui vt ſic
 dicitur principium ſentiendi; & non

prædicabile de pluribus, &c. An sola abstractio? sed hæc non prædicatur de pluribus animalibus v. g. An denique definiatur animal & abstractio reduplicatiuè, & simul sumpta? Ergò si dico: Petrus est animal, sensus erit: Petrus est animal, & abstractio; seu animal abstractum. Resp. omnino definitum Generis esse v. g. animal, & abstractionem, adeoque Genus reduplicatiuè sumptum. Nego tamen sensum prædicationis fore, quem Aduersarij inferunt; quia quantumuis Genus reduplicatiuè definiatur, non debet tamen reduplicatiuè prædicari, sed tantum *denominatiuè*; & secundùm id, quod dicitur in recto; non verò secundum obliquum, pro quo dicitur, & connotat abstractionem. Sicut dum dico murus est visus: licet denominatio visus intrinsecè dicat visionem, tamen visio de muro non prædicatur, sed tantum ens terminans visionem, quod cum muro istè idem. Quare, cum dicitur Genus vt Genus, esse prædicabile, non facit axioma hunc sensum, quasi omnia quæ Genus importat deberent prædicari posse de inferioribus; quia plus non valet

Tum ego
 in Genus
 bus, Spe-
 cia abstr-
 gnosco ex
 um coete-
 Generi, &
 , &c. Igi-
 acet alte.
 Genus ad
 ritque vni-
 . Ex quo
 absurdum
 s, animal
 iatur, sed
 re ea gene-
 constitui-
 distinctam.
 per aliud
 titur. Vn-
 a superio-
 iam ratio-

nitioni Ge-
 gnari posse
 niatur? an
 atqui vt sic
 ; & non
 piz

58 *Isagoge Scientiarum*

Vult, quàm Genus qua tale dicere intrinsecè aliquid, quod fit de pluribus prædicabile.

- 54 Ergò inquires, dum dico Petrus est animal, dicam quoque Petrus est denominatiuè Genus? Resp. hanc propositionem mihi non videri absurdam; imò verissimam, si eius sensus sit: Petrus est animal, quod subest (non dico pro ut subest.) meæ abstractioni, quam equidem hic & nunc non cognosco. Sicut dum dico
Petrus est Cogni-
tus, dici potest
Petrus es-
se
ens terminas meam
cognitio-
nem.



PRO.



PROPOSITIO XIV.

*Genus materialiter sumptum potest
prædicari de indiuiduis incomple-
tis sine mediatione gradus speci-
fici: non potest autem prædicari
sic Genus formaliter spectatum.*

55 **I**ndiuidua, quantum huc spectat ad-
uertere, sunt in duplici differentia:
alia dicuntur *completa* alia *incompleta*.
Piora sunt, quæ continent in se totam
rationem specificam, & gradus omnes,
cum quibus potest contrahi Genus: vt
Petrus. E contra *incompleta* dicuntur,
quæ nõ continent totam rationem spe-
cificam, sed tantum aliquod prædica-
tum præcisum ab alio, quocum con-
ponunt speciem: Vt hæc Substantia,
hoc Corpus, hoc animal. Quo posito.
Probatur prima pars propositionis.
Si videam eminus hominem acceden-

tem

60 *Isagoge Scientiarum*

tem ad me, quem quidem ignorem esse hominem, non est ratio, quò minùs possim dicere: *hoc unimal est animal*. Atqui in hoc casu prædico Genus immediate de individuo incompleto nulla facta mentione gradus specificici. Ergò, &c. Probatùr secundò euerfione contrariæ Thomistarum (qui nobis aduersantur,) sententiæ. Si non posset prædicari Genus de individuo, nisi mediante gradu specificico, tunc ideo non posset; quia non potest Genus indiuiduari aut multiplicari, nisi mediante specie. Atqui hoc est falsum; quia si per impossibile daretur gradus genericus sine specificico, esset adhuc verissime singularis. Deinde: species vel est medium reale, & physicum indiuiduandi Genus; vel tantùm rationis? Prius dici non potest, quia medium reale, & Physicum, vt ex terminis patet, debet esse realiter distinctum a re, cuius est medium. Atqui gradus specificicus non est distinctus nec a Genere, nec Indiuiduatione. Ergo, &c. Sed nec dici potest posterius. Quia si species est tantùm medium rationis; non est ratio, cur id intellectus transilire non possit.

&

& Genus coniungere immediatè cum
in completa sua indiuiduatione.

57 Probatur quoque propositionis pars al-
tera: Si Genus formaliter spectatum
prædicaretur de indiuiduo incomple-
to, prædicaretur ut *pars materialis*; cum
hic modus prædicandi Generi sit es-
sentialis. Atqui sic de incompleto in-
diuiduo prædicari non potest; quia
quod prædicatur ut pars debet formaliter
minus importare quàm subiectum,
saltem quoad essentialia; ut patet ex
terminis. Iam verò si dico *hoc animal
est animal*, animal ex parte prædicati
minus non importat. Ergò non prædi-
catur ut pars. Ergò neque ut Genus.

58 Neque refert animal ex parte prædi-
cati, esse indifferens ut prædicetur, vel
de homine; vel de vrsò. Per hoc enim
plus non probatur, quàm animal de se esse
Genus, non verò probatur hic, & nunc
ut Genus prædicari: quæ duo sunt di-
stinctissima. Ad illud sufficit indiffe-
rentia ad duas species; ad hoc verò
requiritur ut prædicetur tanquam pars
materialis & incompletè. Hinc porro
sequitur: si dicam *hoc animal (deno-
mans Vrsum,) est animal, & illud animal
(de-*

62 *Isagoge Scientiarum*


(denotans hominem,) est animal esse tantum prædicationes speciei de individuis, & non Generis de speciebus. Quia hic & nunc Ursus & Leo non cõsiderantur tanquam diuersæ species, quibus animal insit ut pars materialis, sed solum ut animalia. Vnde ut sic etiam Logicè inter se non differunt, nisi numero, licet Physicè distinguantur specie. Ratio est: quia hic, & nunc nõ considerantur, nisi ut talia, entia, de quibus animal completè & per modum totius prædicatur. Eà ferè ratione quæ Mathematicus inter circulum aureum, & ferreum specie non distinguit; quia non considerat illos ut corpora tali materia, & forma constantia, sed purè respicit rationem figuræ, quæ cum utrinque sit æqualis & similis, hinc Mathematico duntaxat numero differunt, ut alia duo similia.



PRO:

Spe

59 D
cun
dita
to.
finit
culu
rius
nun
nus
cies
nihu
dem
exp
teru
60 N



PROPOSITIO XV.

*Species duplex est: Subijcibilis vna,
altera Prædicabilis. Subij-
cibilis est quæ Subijci-
tur Generi.*

59 **D**iuisio communis est. Definitio
Speciei Subijcibilis oppugnatur
cùm ratione, vñ instantia, quâ osten-
ditur conuenire illam alij, quàm defini-
to. Ratione quidem, quòd posita de-
finitio videatur redire in vitiosum cir-
culum. Nam vt supra vidimus, Porphy-
rius definiuit Genus per Speciem; &
nunc speciem per Genus dicendo: *Ge-
nus est quod habet sub se species; Et spe-
cies: quæ subijcitur Generi: quod aliud
nihil est quàm reddere idem pro eo-
dem, & conceptum obscurum vnum
explicare per conceptum obscurum al-
terum.*

60 Nos, qui supra definitionem Po-
phyrianam

64 *Isagoge Scientiarum*

riam Genes non nihil mutauimus claritatis gratia, intentatum circuli vitium iam euitauimus. Rogati enim, quid sit Genus? non respondemus esse id quod habet sub se Species, sed: quod potest de pluribus notabiliter differentibus predicari in quid. Imo licet nihil mutafemus innixi prorsus verbis Porphyrij, adhuc tamen cum iplo à Circuli non à possemus absolui. Dum enim is Genus definit per Speciem, & Speciem per Genus, in definitione Generis supponit iam aliunde esse notum quid sit Species; & sic Vox *species* non tam supponit pro definito, quam pro definitione speciei clarè representat. Quod dū sit, nullum est periculum Circuli; & sic ratio contra definitionem speciei subijcibilis est breuiter euerfa.

- 61 Pro Instantia adferunt nonnulli *indiuuum*. Quia etiam hoc, aiunt, Subijcitur Gene. i. Ergò erit pariter Species Subijcibilis. Si respondeas indiuiduum subijci tantum mediante specie, & non *immediate*, dicis quidem rectè, sed vident illi primò: quia iam iam docuimus num. 57 posse Genus immediate predicari de indiuiduis. Ergò etiam *immediate*.

mediatè subijciuntur Generi. Sed huic replicæ in eodem loco iam est data explicatio, dum diximus Genus posse quidem contrahi immediatè cum indiuiduis incompletis; in hoc tamen casu Genus non exercere rationem Generis; ac propterea hanc prædicationem: *hoc animal est animal*, & similes plures non esse prædicationes Generis, sed speciei. Vnde indiuiduum Generi, quâ tali, neutiquam immediatè subijcitur.

62. Difficilius argumentum est, quod in hac causa obijcitur ex Theologia, hoc modo: In Diuinis omnes Personalitates Specie differunt inter se. Ergo Personalitas in communi & abstracto erit Genus respectu Personalitatum singularum. Iam verò Personalitas quælibet singularis, & hæc numero immediatè subijcitur Generi, quia vi suppono ex doctrina Doctissimorum Theologorum, ratio, quæ Personalitatem vnâ ab altera distinguit numero, est formalissima illa ratio, quâ Personalitates differunt etiam specie. Ergo si ratio specifica Personalitatis huius immediatè subijcitur Generi

D etiam

66 *Isagoge Scientiarum*

etiam subijcietur immediate ratio indi-
 uidui . Respondetur, ad argumen-
 tum primò; Porphyrium in sua defi-
 nitione non complexum Speciem
 subijcibilem, cuius formalis ratio sit
 simul formalis indiuiduatio . Secun-
 dò: concesso toto discursu distinguo
 illatum vltimum. Ergò ratio numerica
 subijcietur Geneti immediate prout
 exercet rationem differentie specificæ
 conceditur; prout exercet rationem
 differentie indiuidualis negatur. Qua-
 re etiam ex hoc ariete Theologico ma-
 net inconcussa nostra definitio.

63. Ex his porro intelligimus primò :
 Speciem subijcibilem quã talem,
 nunquam esse vniuersalem . Ratio
 breuiter est, quòd Vniuersale essen-
 tialiter respicit per aptitudinem sua
 inferiora, de quibus est prædicabile.
 Si opponas: iuxta commune axi-
 oma: natura inferioris participat natu-
 ram superioris; atqui species subij-
 cibilis est inferior Geneti, quod est
 vniuersale . Ergò etiam species subij-
 cibilis erit Vniuersale; Si sic, inquam,
 opponas; respondeo cum distinctio-
 ne maioris; Natura inferior partici-
 pat

pat naturam Superioris in prædicatis
essenti alibus concedo ma: (vti v. g.
Homo participat omne id, quod inuo-
luit essentialiter *animal*:) in prædi-
catis accidentalibus (qualia sunt esse
Genus, speciem, &c) Nego ma: De-
inde concessa minore, iuxta distin-
ctionem concedo, & nego conse-
quentiam: Certè si propositio mai-
oris concedenda sit absolutè negari
non poterit etiam in individuo ratio-
nem speciei qua talis imò & Genus
competere.

- 64 Secundò manifestum quoque fit
quonam actu intellectus fiat species
subijcibilis. Non illo, quo Genus ab-
strahò à speciebus. Quia vi huius spe-
cies nulla representatur explicitè, sed
tantùm confusè. Neque etiam illo,
quo species comparari solet ad inferio-
ra, quibus caret subijcibilis quã talis.
Sed eo, quo Genus & differentia co-
gnoscuntur per modum vnius; & quo
Genus rursùm abstrahitur à speciebus.
Probatnr facile: Species subijcibilis
dicit imprimis totam aliquam natu-
ram: deinde subiectionem alicui Su-
periori, sed prius non potest obrine-

63 *Isagoge Scientiarum*

si nisi clare cognoscamus Genus & differentiam quibus tota natura constat: Neque etiam posterius, nisi rursus Genus abstrahatur à specie. Quoddam fit, hoc ipso species fit aliquid inferius Generi; uti Petrus hoc ipso fit inferiori Paulo si Paulus ponitur altiori loco. Vnde colligij quoque speciem subijcibilem acciperè, suam specieitatem per cognitionem duplicem, quarum prima tendat in naturam per modum unius, altera ab eadem rationem communem abstrahat, & reddat speciem Generi inferiorem, ut dictum.





PROPOSITIO XVI.

Species (vt est alterum Prædicabile) est, quæ tantùm de pluribus solo numero differentibus, apta est prædicari in quid. Atq; hinc non est prædicabilis illa species quæ vnicum tantùm indiuiduum sub se habet.

65 **D**efinitio plana est. Ex qua ex instituto nunc tantùm infero contra Caietanũ cap. 4. de ente & essentia, &c. Si daretur Species sub quâ vnicum indiuiduum foret possibile (qualis est v. g. in sententia Thomistarum natura Angeli Michaëlis;) eam speciem non fore prædicabilem vniuersaliter. Patet illatio ex definitione. Nam vt species sit vniuersaliter prædicabilis, debet esse prædicabilis de pluribus, & consequenter sub se continere plura saltem

D 3 possi.

70 *Isagoge Scientiarum*

possibilia. Certe Angelicus Doctor non alia de causa exclusit naturam Diuinam à ratione Prædicabilis, quam quod non fit multiplicabilis in inferioribus.


- 66 Respondet ad hæc Caietanus: tamen si natura Michaëlis non sit multiplicabilis, re ipsa; esse tamen multiplicabilem in intellectu, dum is fingit plura indiuidua possibilia; quam pluralitatem fictorum indiuiduorum contendit proinde sufficere ad hoc, ut natura Michaëlis abstracta fiat vniuersalis. Sed contra est. Ergo etiam natura Diuina poterit esse prædicabilis (quod tamen negat Caietanus:) quia etiam sub hac intellectu potest fingere plura indiuidua possibilia. Secundò si vniuersale fit abstrahendo naturam non solum ab indiuiduo Michaëlis sed etiam à fictis, Tunc non sola natura Michaelis sine singularitate cognita erit vniuersalis, sed etiam natura fictorum indiuiduorum; quia illæ naturæ faciunt vniuersale, quas abstrahimus ab inferioribus. Quod si admittit Caietanus, vagatur extra quæstionem propositam, in qua solum disputatur, an natura ad vnicum indi-

indiuiduum contra habilis, quâ talis, possit saluare rationem prædicabilitatis vniuersalis, abstrahendo à nescio quo fictionum additamento.

- 67 Veniamus nunc ad fundamentum Caietani. Intellectus, inquit, potest ita confusè ferri naturam Michaelis, vt non discernat, siue multiplicabilis in se, vel immultiplicabilis; qui conceptus est ipsissimus modus tendendi, quo vitur intellectus faciens Vniuersale. Ergò vt sic cognoscendo naturam Michaelis verè faciemus vniuersale. Resp. Ex simili conceptu plus non probari, quàm ex parte modi tendendi nihil deesse ad rationem vniuersalis; non verò probatur, poni omnia, quæ ad vniuersale requiruntur. Requiritur enim præter modum tendendi essentialiter pro obiecto natura in plura indiuidua multiplicabilis, de quibus possit prædicari (vt patet ex definitione.) Quæ tamen natura, in nostro casu, non ponitur. Ratio à priori est: quia vniuersale quâ tale non se tenet adæquatè & purè ex parte intellectus, sed partim est res intellectus, in quan-

tum dicit abstractionem; partim est res alia ab intellectu; nempe natura; quæ debet esse identificata cum pluribus, de quibus est prædicabilis. Vnde inferunt nonnulli, & meliores Philolphi: si possibile esset, ut abstraherem naturam Petri perfectè à Petreitate, & non hoc ipso etiam abstraherem ab omnibus indiuiduis; me non facturum vniuersale; non quod desit aliquid ex parte intellectus; sed ex parte obiecti. Quod probat. Si enim natura Petri ut sic cognita esset vniuersalis, deberet prædicari posse de omnibus hominibus. Hoc autem in dato casu non posset. Quia de illis natura non potest prædicari, quibuscum non est identificata, sed natura ut sic non esset identificata nisi cum Petro. Ergo, &c. Itaque non est bona argumentatio hæc: Natura Michaelis concipitur per modum vniuersalis, & est vniuersalis quantum est ex parte intellectus. Ergo est vniuersalis absolutè. Sicut nec hæc argumentatio valet: Angelus concipitur per modum Iuuenis alati. Ergo est Iuuenis alatus à parte rei, & absolutè.

PR^o.



PROPOSITIO XVII.

Non potest assignari generalis regula, per quam Cognoscamus quænam inter se specie differant; sed recurrendum denique est ad iudicium prudentium taxantium notabilitatem differentiæ rerum.

68 **F**atentur Philosophi omnes, ea quæ specie differant, debere differre *Notabiliter* quæ verò *notabiliter* non differunt distingui tantùm numero. Quænam autem *notabiliter* differant, vel non *notabiliter* differant, & vnde hæc *notabilitas* cognoscenda sit, lis magna est.

69 Aliquorum opinio est; eâ differre *notabiliter* seu specie, quorum vnum ab altero differt per aliquod prædicatum participabile à pluribus inferioribus: illa verò solo numero, differre,

D 5 quo-

74 *Isagoge Scientiarum.*

quorum differentia consistit in prædicato non multiplicabili in inferioribus. Hæc sententia non placet. Sequitur hinc Deum à creatura solo numero differre, à qua tamen differt plus quam specie. Sequela manifesta est, quia Deus habet prædicatum (Divinitatem v.g.) immultiplicabile. Sequitur secundò, quatuor visiones albi A procedentes à Petro esse specie distinctas a quatuor visionibus albi B procedentibus ab eodem Petro. Probatur: hæc quatuor, & illæ quatuor visiones habent prædicata participabilia, & per ea à se inuicem differunt. Ergò specie different iuxta regulam.

- 70 Alij docent, notabiliter differre, ea quæ sunt *inaequalis* perfectionis: numero verò tantum distingui, quæ sunt perfectionis *aqualis*. Sed quæro ab his; unde sciam duo esse æqualis perfectionis, alia duo inæqualis? Cur catellus melitensis & molossus sunt in perfectione æquales? Canis, & Vulpes inæquales? Adhæc: nunquid visio, qua cognosco decem homines, est perfectior, quam visio, qua cognosco unum hominem? & tamen hæc duæ visiones specie.

specie non differunt, iuxta communem Philoſophorum.

71. Alia rursus Thomistarum ſententia eſt: illam diſtinctionem eſſe numericam, quæ habetur per *materiam ſignatam quantitate*: eam verò ſpecificam, quæ prouenit ex ipsis formis. Hæc ſententia, niſi mirabiliter explicetur, & recedat à proprietate verborum cæteris minus habet probabilitatis. Nam Anima S. Petri in cælo, & anima S. Pauli utique ſuamet entitate differunt; & quidem non plus quam ſolo numero. Ergò fallum eſt diſtinctionem omnem prouenientem à ſola forma eſſe ſpecificam. Secundò, quid repugnat quò minus. Anima A. informat nunc corpus, quod ante informauit Anima B. in quo caſu duæ animæ adhuc diſtinguentur numero, & tamen reſpicient eandem materiam. Denique, ut alia taceam: duo gradus Caloris poſſunt vel ſimul, vel ſucceſſiue eſſe in eadem materia: Item duæ viſiones Dei in eodem Angelo, inter quos reperitur vbique diſtinctio numerica: licet ſit reſpectus ad eandem materiam vel ſubiectum.

76 *Isagoge Scientiarum*

72 His igitur tententijs reiectis manet nostræ propositionis allata regula; qua melior hæctenus probata non est. Pro cuius meliori intelligentia aduerto sequentia.

Primò: non esse eius vim, quasi ipsum prudentum iudicium sit antecedenter ipsa rerum differentia, seu radix notabilis distinctionis. Solùm assentit, hanc sine illo læpe cognosci, & deprehendi non posse; aut certè difficulter. Quare ut in alljs rebus facimus laudabiliter, dum prudentum hominum iudicio acquiescimus; ita agemus & hic cautè, si in re prius obscura, & aliunde haud facilè perceptibili, sequamur taxam prudentum; & ea dicamus differre *notabiliter*, quæ illi hoc modo differre iudicabunt.

73 Secundò: in plurimis iudicio prudentum non esse opus; quia cum notabilitas sit veritas nota ex terminis bene penetratis, aliquando ita se aperit, ut cuilibet sit manifesta. Sic nemo non videt, muscam v. g. differre notabiliter ab Elephante.


74 Tertiò: si prudentes quandoque inter se dissident alijs notabilitatem inter

ter

ter duo astruentibus, alijs negantibus fieri id inde, quia termini facti penetrari non possunt: cum hic & nunc sint nimis obscuri. Quæ ipsissima causa est, cur in scientijs tot sæpe circa eandem rem reperiantur sententiæ, quot capita.

- 75 Quartò: notabilitatem non solere à prudentibus desumi à qualibet differentia, quæ oriri posset ex repetitione eiusdem perfectionis (vt fit in intentione,) vel ab extensione maiori in ordine ad obiectum. Sed debent res inter se esse tales, vt cognita vna relinquatur mihi adhuc materia digna nouæ considerationis. Hinc merito dico differre *Vrsus* à Leone, quia *Vrso* Cognito remanent mihi multa cognoscenda adhuc in Leone. E contra quia cognito *Vrso* magno, parum restat considerandum in *Vrso* paruo; hinc parvus & magnus *Vrsus* tantùm differunt numero.





PROPOSITIO XVIII.

*Probabile est non dari in creatis
differentiam infimam Meta-
physicè simplicem ; quam qui-
dem nos cognoscere possimus.*

76 **I**D est : nullum ens creatum habet
differentiam ita simplicem Meta-
physicè, & in conceptu, per quam
solam nos possimus illud distinguere ab
omnibus creatis, & creabilibus : sed
semper est opus refugere ad differen-
tias duas vel plures, per quarum vnā
ens distinguatur ab hoc ; per aliam ab
alio ente. Dixi primò : Metaphysicè
simplicem, &c. id est : quæ in suo con-
ceptu *formaliter* non inuoluat differen-
tiam aliam. Dixi secundò : per quam
possimus nos distinguere : vt qui rerum
essentias solemus intelligere per con-
notata. Num detur talis differentia
quam

quam Deus, & Angeli cognoscant, num disputo.

77. Propositio est contra complures; qui putant defacto talem simplicem differentiam dari in homine, eamque esse id *rationale*: in quantum hoc idem est, ac esse discursuum dependentem à sensibus; per quam proinde homo distinguitur ab omni non tali homine. Sed contra est Primò. Hoc ipso quod pro differentia hominis ponant rationale, pro vt id importat discursum à sensibus dependentem; iam non ponunt differentiam Metaphysicè & in conceptu simplicem, sed duplicem. Nempe *discursuum*, per quod homo distinguitur à brutis; & discursus dependentiam à sensu, per quam homo differt ab Angelis. Contra est secundò: non repugnat aliquod animal rationale, quod essentialiter exigat esse *alatum* v. g. In quo casu rationale, pro vt supra acceptum est, non distinguet hominem ab hoc animali alato; quia etiam hoc est rationale & dependentem à sensibus discursuum, vt suppono. Ergò homo qui defacto datur, debet à dicto animali tantum differre per repugnantiam *alatum*.

VIII.

creatis
Meta-
m qui-
mus.

m habet
n Meta-
quam
guere ab
us: sed
differen-
n vnam
liam ab
physicè
uo con-
differen-
e quam
rerum
r con-
entia
iam.

80 *Isagoge Scientiarum*

rum. Iam vero per eandem repugnantiam alarum homo non distinguetur ab omni alio animali, licet distinguatur ab isto alato: quia plurima sunt animalia ab homine distincta, quæ habent eandem repugnantiam in se. Ergò à primo ad ultimum, homo defacto non differt ab omnibus creatis, & creabilibus per solum *rationale*. Consequenter non habet differentiam Metaphisicè simplicem. Aliam instantiam contra nostram propositionem non video afferri.

78 Ergò, inferes, si *rationale* non est infima differentia æquè erit Genus quàm *animal*: Quia sub se continet indifferenter duas species: nempe *rationale* & aliud independens. Respondeo concedi posse totum sine ullâ contradictione. In quo casu tamen *rationale*, significabit *substantivè*, & per modum per se stantis, licet nomine adiectiuo gramaticaliter proferatur.

79 Neque obest, quod sequatur hominem, vt sic, poni sub duobus Generibus: nempe *animali* & *rationali*. Quia eandem rem sub diuersis duobus Geni-

meribus poni non repugnat, si ea Genera non sint perfectè disparata, seu talia; quorum utrumque alterius species omnes perfectè excludit. Qualia proinde non erunt in nostro casu animal, & rationale; quia aliqua species continetur sub rationali, quæ etiam continetur sub animali, nempe homo; licet præter hominem & animal, & rationale sub se habeat alia, quæ sub alterutro horum tantum continentur. v.g. Ratione continet *Angelum* animali non communicabilem, & animal sub se habet *brutum*, quod non reperitur sub rationali.





PROPOSITIO XIX.

Proprium pro vt est quartum prædicabile est quod de pluribus prædicatur in quale necessariò. Accidens verò (quod est prædicabile quintum) est apium prædicari de pluribus in quale Contingenter.

30 **H**Æ sunt definitiones Proprij & Accidentis secundo intentionaliter sumpti: de quibus non est difficultas; si modò notes proprium vniuersaliter non prædicari de Specie sed de indiuiduis sub specie contentis, respectu quorum solummodo est superius quid. Pari ratione accidens, album v. g. vt quintum prædicabile non dicitur de hoc vel illo albo, sed de Petro, Paulo, &c. pro vt sunt subiecta albedinis. De hoc vel illo albo prædicatur potius vt species.

cies, & per modum totius.

- 81 Proprium primo intencionaliter sumptum definitur: *id quod est extra essentiam quidem, eam tamen necessario comitatur: accidens verò: quod potest adesse, & abesse sine subiecti corruptione.* Differunt in hoc maxime; quod proprium, cum ex essentia dimanet, cum eadem sit necessario coniunctum ita, vt hoc sublato destruatür etiam consecutiue essentia: Accidens verò contingenter & accedat, & recedat. Quod discrimen tametsi luculentum sit, adfertur nihilominus instantia, quæ vtrumque prædicabile videtur confundere.

- 82 Frigiditas vt octo ex vna parte est proprietas aquæ, vt fatentur Physici: ex alterâ verò potest vnus gradus frigoris abesse, ita vt subiectum non destruatür. Ergò frigiditas vt octo erit potius accidens. Taceo aliorum responsiones minus probabiles. Placet illorum decisio, qui dicunt non requiri ad proprium talem connexionem cum essentia; vt eo sublato, hoc ipso etiam hæc omnimodo destruatür: sed sufficere, vt absentia eius, quod proprium est, secum trahat aliquam *violenciam* per quam subiectum



XIX.

am præ-
luribus
essariò.
t prædi-
m præ-
ale Cou-

rij & Ac-
tionaliter
cultas; si
uersaliter
e indiui-
ctu quo-
id. Pari
vt quin-
de hoc
ulo, &c.
De hoc
s vt spe-
cies.

34 *Isagoge Scientiarum*

biectum incipiat quasi destitui. Pari ratione ad accidens requiri, ut possit sic abesse, ut eius absentia nullam adferat violentiam subiecto, idque ne inchoatiuè quidem destruat. His positis patet frigiditatem ut octo verè esse Proprium; non accidens; quia re verà auferendo vnicum gradum frigoris, aequè fit violentia. Quod patet à posteriori: quia aqua statim illatum damnum refarcit producendo alium gradum frigoris, nisi aliunde impediatur.

- 33 Porro contra definitionem Accidentis obijcitur: mors est accidens: sed mors non potest adesse, & abesse sine subiecti corruptione. Ergo, &c. Ad hoc argumentum negant Aliqui: morrem non tam esse accidens, quàm Priuationem seu negationem. Sed hi falluntur. Quid enim repugnat etiam negationem habere rationem accidentis? Secundò: *mortuum esse* prædicatur Vniuersaliter; sed non ut Genus, nec ut species, differentia, Proprium. Ergò ut accidens. Fuerunt tamen omnino qui iudicaret prædicari ut Proprium respectu Viuentis. Quos sic arguo. Si mors esset Proprium viuentis.

men-

34
qui
den
deb
pos
nis
sent
fice
biec
Atq
&c.
eide

uentis, tunc deberet esse Proprium
 Physicum: sed hoc non est. Quia pro-
 prium Physicum reali actione debet
 emanare ab essentia, mors autem ab-
 solutè & formaliter ab essentia non
 emanat; etiamsi oriatur dispositiuè ex
 temperamento Viuentis.

34. Optima igitur aliorum responsio est,
 qui docent sensum definitionis acci-
 dentis non esse hunc; quasi accidens
 deberet sine subiecti corruptione sic
 posse & adesse, & abesse, vt corruptio-
 nis negatio cadat in absentiam, & præ-
 sentiam eius quod est accidens: sed suf-
 ficere vt abesse possit sine violentia su-
 biecti quid quid fiat in eius præsentia.
 Atqui vtique mors saluo subiecto abest
 &c. Ergo non meritò excluditur ab ac-
 cidentis natura.





PROPOSITIO XX.

*Etiam ab indiuiduis potest abstra-
bi ratio communis de singu-
lis predicabilis.*

35 **D**efinitur Indiuiduum primo inten-
tionale: id, quod est indiuisum in
se, & diuisum ab omni alio: secundo in-
tentionale verò: quod potest predicari de
vno tantum. Quæ definitiones expedi-
tæ sunt, si intelligantur de Indiuiduo
determinato, & non de Vago: quia hoc
est potius plura indiuidua (saltem di-
finitiuè,) quam vnum. Propositio à
nobis facta controuersa est.

36 Pro parte negatiua pugnant sequen-
tia. Primò: si abstrahitur ab Indiuiduis
communis ratio, ea non erit alia quàm
ratio Indiuidui. Quod si verum est,
Ergò Indiuiduum in communi, erit In-
diuiduum; & non erit. Erit quia adhuc

vt tale nominatur, & non erit, quia quod commune est, & diuisibile, non est Indiuiduum, vt patet ex definitione. Atqui ista ratio abstracta est aliquid commune, & multiplicabile, vt fate-
mur vltro. Ergo, &c. Secundò: si potest communis ratio abstrahi ab indiuiduis, debet esse talis, quæ faciat inferiora inter se similia. Ideo enim a Petro & Paulo potest abstrahi ratio communis hominis, quia Petrus & Paulus in ratione hominis sunt similes. Iam verò illa formalitas ab omnibus Indiuiduis abstracta nõ facit illa similia. Quod probatur: ratio dissimilitudinis & disconuenientię non facit vt duo sint similia & conuenientia. Sed indiuiduatio quæ abstrahitur, est ratio dissimilitudinis, &c. faciens vt Petrus, & Paulus sint diuersi. Ergo, &c.

37 Verum his non obstantibus probatur Pars affirmatiua, quam sequitur nostra Propositio. Possum omnia indiuidua concipere tanquam similia sibi in hoc: quod sint omnia indiuina in se & diuisa ab omni alio, seu in quantum sunt immultiplicabilia. Sub hac nomenclatione Petrus à Paulo non disconuenit



X.

abstra
gu-

no inten-
sum in
uando in-
dicari de
s expedi-
indiuiduo
quia hoc
altem di-
positio à

t sequen-
indiuiduis
ilia quàm
erum est.
ni. erit In-
uia adhuc
vt

88 *Ifagoge Scientiarum*

uenit; vt enim vnus est immultiplicabilis, ita est & alter. Ergo si hanc immultiplicabilitatem abstrahe, sic confundens indiuidua, vt nullum explicitè recognoscam, faciam verè conceptum communem, de omnibus indiuiduis prædicabilem.


- 38 Ad rationem primam in oppositum: concedo primò abstrahi rationem indiuiduationis. Concedo secundò indiuiduum vt sic, & abstractum non fore indiuiduum, sed verissimam speciem prædicabilem de omnibus indiuiduis per modum totius. Quod mirum videri non debet. Vt enim inconueniens non est Genus essentialiter sumptum, respectu conceptus & abstractionis reflexæ esse speciem; ita indiuiduum pro vt subiaceret certæ cognitioni confusæ, poterit esse species. Neque interest, quod nominetur indiuiduum; quia hæc denominationem non habet ratione modi tendendi seu conceptus cui subiaceret, sed ratione terminorū, quos abstrahit, qui sunt ipsa indiuidua cognita per modum vnius.

- 39 Ad secundum Patet responsio ex argumento allato pro nostra Propositione.

rie.
indiu
sint d
ijdem
ration
que in
quend
Paulus
que ha
ueniar
beat i
altero.
stinguo
uenien
sub ea
conuen
Deinde
nem co
quentia

rie. Concessa ma: nego mi: quia licet indiuiduatio faciat, vt Petrus & Paulus sint diuersi in numero, facit tamen vt iidem etiam sint similes in hoc, quod ratione proprię indiuiduationis sit vterque immultiplicabilis. Seu breuius loquendo facit indiuiduatio, vt Petrus & Paulus conueniant in hoc, quod vterque habeat immultiplicitatem; disconueniant verò, quod quiuis illorum habeat immultiplicitatem diuersam ab altero. Ad probationem minoris distinguo rursus maiorem: ratio disconueniendi non est ratio conueniendi sub ea ratione, qua facit formaliter disconuenire Con: ma: sub alia nego ma: Deinde concessa mi: iuxta distinctionem conceditur, & negatur consequentia.






PROPOSITIO XXI.

Diuisio Prædicabilis in quinque species : Genus , Speciem , Differentiam , Proprium , & Accidens est adæquata , & bona.

90 **I**ntellige iuxta mentem & institutum Authoris ; licet enim magis contringi posset hæc diuisio , ve etiam amplius laxari , & alij reperiri modi essendi & prædicandi ; tamen illi non faciunt ad rem . Quia Porphyrius non intendebat compilare modos prædicandi quolibet , sed eos tantum , qui essent utiles ad scientias , & Aristotelis prædicamenta intelligenda . Quorum modorum , quinque sunt , à quibus proinde conformiter desumptus est quinarium universalium numerus , hoc modo : Vel inest aliquid subiecto essentialiter ; vel accidentaliter ? Si prius : tum vel inest

vt

vt tota
essent
quid p
Pars ;
Forma
si poss
quid i
accidi
sequa
super
in esse
Poste
hos q
dicati
bent v
aliqua
huc p
91 Pri
tur de
ration
tū ne
Nequ
riò de
per in
id pos
ficè
plus
non



IO XXI.

ilis in quin-
nus, Speciem
roprium, & A-
ata, & bona.

em & institutum
n magis constrictis
etiam amplius
i modi essendi &
i non faciunt ad
ius non intendit
prædicandi quod
, qui essent vtilis
telis prædicamen-
rum modorum.
ous proinde con-
est quinarium vni-
hoc modo: Vel
essentialiter; vel
ius: tum vel in-
vt

Seu Vniuersalia. 91

vt tota essentia; vel vt Pars? Si vt tota
essentia: erit *Species*, quæ prædicatur in
quid per modum *totius*. Si verò insit vt
Pars; tunc vel erit *Pars materialis*, vel
Formalis? si Prius? habebimus *Genus*.
si posterius? *Differentiam*. Iam verò si
quid inest *Accidentaliter*; tum vel ita
accidit essentiæ, vt eam necessariò con-
sequatur, & ex ea emanet; vel purè
superuenit *Contingenter*. Prior modus
in essendi accidentis facit *Proprium*.
Posterior *accidens* purum. Atque ad
hos quinque modos reuocantur præ-
dicationes omnes quid in scientijs ha-
bent vsum è quibus tamen adferuntur
aliquæ, quæ primo intuitu non videntur
huc posse reduci.

91 Prima est quando definitio prædica-
tur de suo definito. v. g. *Homo est animal
rationale*: in hac propositione prædica-
tū nec est *Genus* nec *differentia* tantūm,
Neque etiam *Species*; quia non necessa-
riò debeo animal rationale cognoscere
per modum totius & vnius, sed ferri in
id possum tanquam in partes *Metaphy-
sicè* diuersas. Resp. hoc argumento
plus non probari, quàm prædicatum
non referri ad vnum tantūm prædica-

92 *Isagoge Scientiarum*

bile, sed ad plures. Qui modus prædicandi tendens in duo vniuersalia non facit nouum vniuersale. sicut homo, & Leo simul conceptus non constituunt nouam speciem, ab vtriusque (hominis, & Leonis) specie distinctam.

- 92 Secunda: *Petrus est Persona humana.* Resp. Porphyrium cum gentilibus Philosophis non agnouisse ullam distinctionem Personaminter, & naturam, ideo mirum non esse, si quid prædicari possit ignoratum ab ipso, & non reuocabile ad vnam ex quinque Prædicabilium speciebus, ab illo collectis. Absolutè tamen reuocari quoque potest dicta propositio ad Genus & differentiam, quo modo eò retulimus prædicatam, de definito definitionem.
- 93 Tertia: *rationale est animal.* Resp. vel rationale accipitur substantiue, vel adiectiue? si prius tunc idem erit ac si dicas homo est animal. Cuius igitur prædicabilis erit propositio hæc, eius erit & illa. Si posterius; tunc spectabit ad prædicabile quartum, quia animal est extra conceptum rationalis cum illo tamen semper coniunctum.

Quar-

94
Re
qui
cor
pos

A

94 Quarta deique animal est homo.

Resp. Hanc esse prædicabilis quarti,
quia Logicè loquendo per accidens
contingit animali esse hominem, cum
possit non esse homo.

AD MAIOREM
Dei Gloriam.





A D

Nobilem Dominum
DEFENDENTEM.



Ergone Te tãdem docta committis Arena ?
Bellag, sam lingua non inhonora geres?
I, Iuuenũ Franciscæ Decus! Plausura triũphos
Ipsa Tibi, quæ nunc prælia, Musa canet,
O! quoties de Te mihi talia dixit in aurem:
Ille meus quando confaret arma Sophus?
An trepidat? vincia, timens mensisq; die/que
Sic illaudata gaudet abire mera?
Non equidem inficior: iustis contraria votis
Infelix poterat non malè Fat. queri.
Vt taceam Logica densis horrentia spinis
Acria, Iasonia vix superanda manu:
Tẽpore cuncta suo veniunt sine tẽpore squalles
Musa, sed is Logicũ, quam breue tẽpus, agit?
Vix septem menses numerat. Temerarius ergo
Absq; meo credi Numine iure queat.
Adde quod & Morbi, Iuuenũ scæx inuida Fa-
lufferens Studij tũmpere filia sui. (112)

Hæc

Har
C
For
C
Ipsa
A
Ipsa
P
Dix
N
Ergo
P

Hasridi tam ille minas quid porro Stagyra)
Cessat in aduersum fortius ire globum:
Fortuna (dubitare nefas i modo rite litauit:
Certius erit, facili capta uehente Noto.
Ipsa Illi virtus nat alibus insita primis
Agmina per laudum mille praebet iter.
Ipsa Illi praesens iurata Scientia Palma
Pane maritali munere spondet opes.
Dixerat Hac, Celeriq; petens Helicon a volatuo
Musa parat capiti iam sua serta suo.
Ergo age Te campis pugnacibus infer: honoru
Pramia & Emisius debita Tyro cape.

Accinuit Amoris & Honoris er

Franciscus Hohenhauser

a, Tierburg & Greiffenstein
Logica Studiosus.

Ad

Ad Eundem Dominum

DEFENDENTEM.

Sterne Mirmillo, laniato casses,
Si quis in lassam, Cuneis arenam:
Fortius sudat, fugit horror, ardes
Vincere victus.

Sentit Eleo sonipes in aruo
Iubilum Circi; properatque metam:
Sentiunt fufas homines pecusque
Sponse fauores.

Musa, quid torpes? canitur sodali,
Præliaturo canitur; iubarum
Sit vicem murmur Lyricum: iuuantur
Bella sonore.

Hinc & hinc voces acies remiscunt:
Verius, palma, decus & triumphus
Pulchra, Clamantis (genus d' duelli!)
Culmina curuant.

Tympanum Musa' micat in phalanges
Quantus obuersas Meus, Ecce quantus!
Lingua, cum iactum dare docta pilum,
Vulnera docta.

Ficta Distinguens inimicus arma,
Hectorem se se probat, atque Vlysses:
Scuta verbosis pharetris Negantur,
Posse forari.

Quis

EM.

Die 28 Junij
9 Hincinij 1652

... , servat ...
Nomina jam.
Graminis serenum vividantis offer,
Transilii primus (labor heu Gigantum!)
Torua spinosis Logici periculis
Mania Castri.

Amico optimo
gratulabundus applausite
Ioannes Augustinus Paumgartner
à Stern, Diepoldingen, &
Schweikentried Poëtes Stud.

x/1634

Ad Eundem Dominum

DEFENDENTEM.

*S*terne Mirmillo, laniato casses,
*S*i quis in lassam, Cuneis arcenam:
Fortius sudat, fugit horror, ardes
Vincere victus.

*S*entit Eleo sonipes in aruo
*I*ubilum Circi; properatque metam:
*S*entiunt fufos homines pecusque
Sponse fauores.

*M*usa, quid torpes? canitur sodali,
*P*raliaturu canitur; iubarum
*S*it vicem marmur Lyricum: iuuantur
Bella sonore.

*H*inc & hinc voces acies remittent:
*V*erius, palma, decus
*P*ulchra

um

EM.

m:


n:

li,

ntat

:

Die 28 Junij
9 Minning Jcal 1652









BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

TT

I

k

26

7



11.12.10

x-rite

colorchecker



MSCPPCC0613

